

benedicat omnis caro nomen sanctum eius.

**M**issus est angelus gabriel ad o[mn]i-  
nem virginem nazareth. ad uirginem de spo-  
sa erat ioseph de domo dauid. et na-  
turalis. Et ingressus angelus ad eam dixit. Au-  
tē cum benedicta tu in mulieribus. Que cum  
est in firmitate eius. et cogitabat qualis  
esset maria. inu-  
puit enim. Ecce concipies in utero et par-  
turus natus eius ih[esu]s. Hic erit magnus. et  
uocabitur. Et dabit illi d[omi]n[us] d[eu]s. sedem de-  
i regni. Et in domo iacob in eternu[m].  
Et finis. Dixit autē maria ad angelum.  
Quomodo que uirum non cognosco. Et resp-  
dit ei. Sp[iritu]s s[an]ct[us] super ueniet in te. et uir-  
tute[m] conceptur tibi. I. i. e. q[ui] et d[omi]n[us] n[atus] erit ex te.

Sept 77. IV.408.  
28e

Juc,

Campbell 797

**I**ncipit deuotus tractatulus domini  
Gerardi zutphame de spiritualibus  
ascensionibus . omnibus in spirituali  
vita p̄ficere uolentibus nō min⁹ neces  
sarius q̄ utilis . // De quinque necessa  
rijs in uita religiosa p̄ficere dispo  
nētib⁹ . **Capitulum primū .**

**B**eatus uir cuius est auxi  
lium abs te . ascēiones  
in corde disposuit in ualle  
lacrimarū in locum quē  
posuit . Noui homo q̄  
ascensionum sis cupidus . q̄q̄ exalta  
tionem uehementer concupiscis . Raci  
onalis enim ac nobilis creatura es et  
magm̄ cuiusdam animi . ideoq̄ altitu  
dinē et ascensum naturali appetis de  
siderio **Rec** vituperandus appetitus si  
fuerit ordinatus . si uidelicet ad origi  
naltue dignitatis celsitudinē desideras  
a . i .

UNIVERSITÄTS-  
UND STADT-  
BIBLIOTHEK  
DUISBURG

ascendere si de valle lacrimarum et miserie egredi concupiscis Sed hinc egredi et illuc ascendere non est nisi per ascensiones et gradus virtutum in corde proficere. **Quantum** enim in corde proficias tamen et ascendis. quantum vero deficias tamen et descendis. **Igitur** in corde debes disponere ascensiones. nec tamen te confidas propria virtute ascensurum sed habita iugiter in adiutorio altissimi et in protectione dei celi commorare. **Si** sic ascendis laudabilis est ascensus. Nam beatus es et nomen viri tanquam viriliter agentis non immerito tibi congruit. recepturus proinde in premium eternam beatitudinem et gloriam sine fine manentem. // **Hec** tibi quinque disponenti ascendere ordine quousque retro grado in vobis prophetias. breuius verbis sed plenitudine sensus proponuntur. **Primum** enim tibi proponit quo debes ascendere in locum videlicet quem dominus posuit

quē nō incōgrue possum⁹ intelligere  
statū naturalis tue rectitudinis i quo  
te idē dñs quondā posuit et creauit.  
vt videlicet in illum locū ascensionē  
in corde disponas vnde p̄us descensio  
nes disposuisti. Scdo tibi p̄ponit locū  
a quo egredi debeas p̄ ascensum. cū  
dicit. in valle lacrimarū. Que quidem  
vallis cōgrue accipit deiectio et desti  
tutio tue naturalis dignitatis in qua  
velut in basso constitutus rursus ad  
montē vnde cecidisti debes ascenden  
do redire. Tercio tibi inuinitur q̄liter  
ad ascendendum te debeas preparare  
Nam ascēsiōnes in corde debes dispo  
nere. modū et exercitia q̄bus te vis in  
anteriora extēdere p̄ius q̄ ascendere  
incipias in corde diligentius p̄tractan  
do. vt ita in corde p̄us cogitando dis  
ponas q̄bus exercitijs melius recuperes  
amissam dignitatē. Verū q̄ ascensus

iste non est in currentē vel ascendente  
sed ex dono dei miserētis. ideo quarto  
tibi consulitur. a domino adiutorium  
et auxilium postulandum. quia nulla  
est industria tua. nisi te in omnibus  
diuina gracia comitetur. **S**ed ne ascē  
sus huius difficultate territus vel labo  
ribus victus iterum resiliat. premiū  
tibi pmittitur. cum dicitur. beat⁹ vic.  
**¶** Siquidem si in cordis ascensionibus  
proficis beatus es. hic quidē in spe.  
postmodum vero in re. hic habens be  
atitudinem vie q̄ est in virtutibus et  
iusticia. illic beatitudinē patrie habi  
turus. **S**ane ipas virtutes et iusticias  
cum habueris quodāmodo futuram  
beatitudinem habes in sua vt ita dix  
erim causa. **S**icut etenim res naturalis  
vi quadam p̄ductiua vel seminali raci  
one in se continet vt sit effectus alicu  
ius p̄ductiua. **I**ta virtutem et iusticiā

futura beatitudo ⁊ eterna felicitas co  
mitatur . **B**reuiter ergo recollige  
vnde vel quo debeas ascendere Quon  
dam eras in alto monte natural' tue  
et primordialis dignitatis constitut⁹ .  
S' inde voluntarie es p'lapsus in valley  
quandaz bassam . Ab hac igitur valle  
rursum debes egredi ⁊ paulatim ascē  
dere ad montē vnde cecidisti . **S**z ante  
q̄ incipias ascendē debes in corde tuo  
scalam erigere et modum quendam  
p'ficiendi quo illuc meli⁹ deuenire va  
leas ordinare . **S**ed adhuc in pede vel  
ascensu scale positus in te deficiens et  
altitudinem eius p'spiciens . debes sur  
sum manus extendere ad dñm qui est  
inmixus sup̄me parti scale et clamare .  
**T**rahe me post te ⁊ ita beatus eris ⁊  
sempiterna beatitudine perfrueris .  
**S**ed de hys omnibus in sequentibus  
dicetur clari⁹ singillatim .

**D**e loco et statu natural' et p'moꝝ  
dialis dignitatis in quo deus hominē  
cōstituit in principio et de multis do  
nis q̄ contulerat ei. Capl. ij.

**I**gitur si tibi domin' ascēiones  
i corde disposuit atq; ad spiritu  
alem ascensum puocauit. si mentale  
vis exercitiū arripere. ante oia debes  
descensum tuū vel lapsum cognoscere  
vt inde noueris tibi ascendendū. vbi  
te cernis misere p'lapsū. atq; illuc cog  
noscas te debere redire a valle lacri  
maz ad locum in quo te dñs posuit et  
ad quē te ordinauit. // Diligenter igiē  
aduerte qd dñs deus qui te ad suā ima  
ginē et similitudinē creauit quondaz  
in tam sublimi dignitate te posuit. tā  
alto monte donozū naturaliu et gra  
tiaz collocauit vt nisi ad essencialem  
dei visionē p'fices vix altius ascēdere  
posses In paradiso siquidem voluptatis



fuisti positus. foris et intus omnib⁹ ho-  
mis repletus. foris fruens loco ameni-  
tatis et delicijs voluptatis. **I**ntus vero  
plenus rerū noticiā & affectuū quīeta  
et pacifica concōrdia. **D**ederat em̄ tibi  
dñs liberalissim⁹ vires intellectuales  
sive cognoscitiuas. intellectum. ratio-  
nem et sensum. vt videlicz deū p̄ intel-  
lectū cognosceres et immaterialia in-  
telligēs. p̄ rationē inferiorem de infe-  
rioribus recte discerneres. oīa in lau-  
dem dei referres. **P**er sensū exteriorē  
rerū materialium p̄ticularia et p̄ticia.  
p̄ interiorē vero vt horū eiaz absentiu  
imagines et simulacra attraheres pro  
adiutorio racōnis. **D**edit eiaz vires  
appetitiuas voluntatem scilicet vt deū  
sup̄ omnia amares. cetera vero p̄pter  
ipsum et in ordine ad ipsum amando  
referres. **D**edit vim concupiscibilem  
vt omne bonū appeteres et sūmū bonū

sup̄ omnia desiderares **I**n qua vi cōdi-  
piscibili varias posuit et delectabiles  
affectiōes . videlicet affectionē amoris  
vt ipse te amor p̄ se moueret et incli-  
naret ad bonum . affectionē gaudij vt  
in deo summe delectareris et iocunda-  
reris in intuitu beneficiorum dei et in  
consideracōne operum et mirabilium  
eius ⁊ c̄ . **D**ederat itē vim irascibilem  
qua firmiter deo adhereres et si quō  
ab hoc te posset separare repelleres  
indignantē **I**n qua etiā affectiones  
suas delectabiles posuit . spem . audaci-  
am vt esses virilis ad bonum aggredi-  
endum et sperans adipiscendum . //

**E**cce q̄ multa bona tibi tribuit in q̄ta  
montis sublimitate te collocauit . **I**n-  
tellectus fuit illuminatus vt noster p̄-  
mus parens q̄uis vt credimus deum  
per essentiam nō vidit ipso tamen pu-  
ro mentis intuitu et cōtemplationis

excessu specularatur. Nullam tibi passionem seu affectionem invidit malā. id ē quorum obiectum est circa malū. sicut odium tristitia et hoc actualiter mouentem ne quicquid esset quod te inturbaret. Nec erant tunc iste vires potentie vel affectiones sibi inuicē contrarie vt lex carnis legi mentis repugnaret. Nondum enim erat corpus quod corrumpitur ideoque nec animā aggrauabat. Sed istas vires optimo modo in te ordinaueāt vt inferiores superioribus sine contradictione siue quouis appetitu contrario obedirent. Sensus enim obediebat rationi. ratio menti. mens autē ipsa soli deo fuisset subiecta. appetitus sensitiuus scz vis concupiscibilis et irascibilis voluntati et appetitui rationali promptissime obediebat. Et ita in interiori homine summa erat concordia et quodcumque volebat ipsa voluntas

in hoc parebant reliq̄ vires et affecti  
ones inferiores **V**oluntas aut̄ omnia  
agere debuit ad intellectus cōsilium  
vel dictamen racōnis **I**ntellectus aut̄  
signato super se lumine vultus dñi.na  
turali scilicet et gratuita illustracōne  
plene nouit quid fueāt agendum vel  
dimittendum. **E**t istiusmodi viriū et  
affectiōnū concordia pacifica ac cōcors  
obediētia dicebat̄ et nominabatur a  
sanctis iusticia originalis. **E**cce homo  
hic est locus tu⁹ in quo te posuit dñs  
deus tu⁹. **H**ic est status tue rectitudi  
nis in quo te creauit et in quē ascensi  
ones in corde tuo disposuit **V**ide hūc  
statum rectitudinis quē adhuc erecti  
one cōporis figurās licet corde longis  
sime vt statim dicet̄ ab eo sis peregrī  
natus. et dic cum lacrimis. **S**tantes  
erāt pedes nostri affectuales ī atris  
tuis iherusalem.

**A** De valle lacrimarum ad quam homo per  
lapsum primi hominis cecidit et de vi-  
riam anime destitucione et deordina-  
tionem quam incurrit. Et hec est primus  
lapsus a statu nostre rectitudinis pre-  
dicto. // Capl. in.

**A** Vidisti homo de loco in quo te do-  
minus posuit et ad quem debeas  
ascendere vide nunc vallem lacrimarum  
ad quam per lapsus cecidisti. Prochoolor  
tanta gloria et honore sublimatus per  
thoplastus primus parens noster cum  
esset in honore non intellexit. sed se a  
creatoris sui imperio auertit transgre-  
diens preceptum diuinum. Ideoque grauius  
cecidit et nos omnes in eo. Nam omnes  
in eo sumus vi quadam productiua vel  
seminali ratione. Itaque cecidimus omnes  
et ut Bernardus dicit. cecidimus simul  
in lutum et super acervum lapidum. Unde  
et conquinati sumus originali culpa

sed et collisi et cōfracti et in omnib⁹  
viribus et potens anime optime vt  
premissum est dispositis grauiter vul  
nerati. **A**missa etem iusticia originali  
ipso casu et iusto dei iudicio ipse vires  
et affectiones a suo statu plapse dimi  
nute sunt pariter et deordmate. **N**on  
autem omnino destructe sed contrario  
modo se habentes q̄ prius habuerūt  
sibi inuicē motibus suis et impulsibus  
cōtrariantes et repugnantes. **S**i quidē  
vt cotidie ne dicam cōtinue experiris  
nisi totus insensibilis sis ipsa sensuali  
tas vis scilicet cōcupiscibilis et irasci  
bilis voluntati sunt rebelles et cōtra  
rie. sed et ipsa voluntas quāuis nō p̄ter  
frequenter tamē agit contra rationē  
**V**nde cōtingit vt nunc iste vires et ef  
fectus longe aliter mouent q̄ a deo fu  
erunt institute. p̄ne ad maluz et p̄clū  
ues semp ad illicitum cōcupiscendum

**S**iquidē rādo ipsa cēca facta eēt dōnea  
et obtusa sepe falsa pro vris recipit.  
frequenter inutilibus et curiosis se in  
uoluit **V**oluntas facta est curua sepe  
deteriora eligit. carnalia diligit spūa  
lia et celestia vilipendit **V**is autē con  
cupiscibilis destituta est et quodā mō  
p lapsa in cōcupiscentiam carnis cōcu  
piscentiam oculorum. et carnales vo  
luptates. id ē gulam luxuriāz et aua  
ritiam. **I**rascibilis vero deordinata ē  
et prolapsa in supbiam vite et gloriā  
mundanā **S**pes non sperat de deo sed  
vel in diuicijs vel in pprijs meritis vel  
sperat plus vel minus iusto. **T**rista  
mur de amissione diuiciarum et de de  
spectu mundi. **G**audemus de gula et  
luxuria **I**rascimur fratri. **B**reuiter  
ex amissione originalis iusticie omēs  
affectiones prone sunt in malum ab  
adolescentia immo a conceptione sua

**R**am ipsa anima ex carne concupiscibiliter concepta contrahit fomitem et concupiscentiarum inclinationem ad malum. Sane christus morte sua preciosissima a culpa originali nos redemit ut huiusmodi virium destitutio vel lex carnis iam non sit culpa cum iam ad eam non habendam non obligamur ne sit dampnatio aliquam hijs qui sunt in christo ihesu. Sed in pristinum statum rectitudinis nequaquam nos restituit nec vires anime reformauit. sed ad nostrum exercitium et meritum nos eas reliquit per sancta exercitia reformandas. Ecce hec est vallis lacrimarum status miseriarum ad quem cadimus et unde resurgendi ascensionem in corde debemus disponere postmodum ascensuri.

**¶** Quod homo non solum progressus est a statu rectitudinis in lapsu primi hominis sed etiam illectus concupiscentijs longis



abne ad impuritatem cordis Et quid  
sit impuritas cordis . et hic est lapsus  
scds . Capl. iij .

**M**agna vere et magna nimis distā  
tia intervallem lacrimarum vbi  
nunc es cōstitutus et locum in quo te  
dñs olim posuerat videlicet statū tñe  
rectitudinis ideoq; magnus ascensus  
necessarius vel certe multe necessarie  
sunt ascensiones . magnocq; opus est  
labore si illuc vis redire Sed vtinā hic  
pmanisses . vtinā hic quieuisse et nō  
longius discessisses sed heu tu fili p̄di  
ge quarundā meretricum . id ē concu  
piscenciarū abstractus illecebris iuisti  
ad ptes adhuc multo remotiores imo  
vt ait sanctū euangeliū in longissimā  
regionem abiens post cōcupiscencias  
tuas et fornicans cum meretricibus .  
id ē cum cōcupiscencis Nam quocēs  
concupiscim⁹ tocens . vt ait Jerom⁹

b. i.

formicamur Itaq; oia bona & porcoe  
bonoz naturaliū & gratuitoz q̄ tibi cō  
tigerat cōsumpsisti. Siquidem in casu  
p̄mi hoīs vt p̄missum est p̄mitatē cōsu  
piscētiaꝝ ad infima cōtraxim⁹ vt nisi  
eis cōtinue resistam⁹ ipsaz impetu co  
gimur descēdere ad inferiora. Tu vō  
nō solum eis nō restitisti sed te eis in  
clinās cū ipsis descēdisti et desiderijs  
& affectiomb⁹ carnalib⁹ et rebus mū  
danis adhesisti. atq; p̄inde si q̄ in te  
remanserat ad bonū inclinatio vel do  
noz naturalium vel spūalium amisisti  
**I**nsup huiusmōi rebus vilibus deside  
rio et affectu inherēs quodāmō ipsis  
connaturalis et cōformis factus es et  
ita cōtraxisti quandā q̄si limositatem  
vel viscositatē in occupiscencijs et viri  
bus q̄ quasi glutinosa lubricitate infe  
rius ligatus quodāmōdo retineris.  
et hęc dicitur pprie impuritas cordis

**S**icuti em̄ in rebus naturalibus res di-  
cuntur et efficiuntur impure eo q̄ reb⁹  
vilioribus se admiscuntur. Nam aurū  
immundū efficitur si argento et argē-  
tum si plumbo admiscetur. Ita homo  
anima tua racōnalis q̄ est dignior om-  
nibus tēporalibus creaturis impurita-  
tem et immūditiam contrahit ex hoc  
q̄ rebus tēporalibus subiatur p̄ amo-  
rem. et ex hoc q̄ huiusmodi adheret  
per affectionem et p̄ desideria ipsis  
affixa assueta et conglutinata immū-  
da fit et impura. **E**t siquidem affectu  
carnali rebus carnalibus adhererit at-  
trahit quandā limositatem q̄ carnali-  
tas dicit̄ et vnde homo carnal' efficit̄.  
**S**i vero affectu mundano adhererit re-  
bus mūdi et vanitatib⁹ impuritas illa  
dicit̄ vanitas et homo efficitur secula-  
ris. et ita diuina scriptura distinguit  
inter homines carnales et seculares.

b 11

// Ecce cernis quid sit impuritas cor-  
dis de qua in scriptura legis et forsitan  
non intelligis. certe ipsa est illa affec-  
tio q̄ inordinate ad infima inclinatis  
et adheres. siue ad gulam siue ad lux-  
uriam. vanam gloriam vel superbiā  
vel hominū laudem p̄ eam traheris cor-  
dis impuritas appellatur quā impuri-  
tatem in casu p̄ mi hominis cōtraxisti  
sed ex tua assue factōne. affectione et  
adhesionē multo amplius addidisti ut  
qui sordebat prius sordescat iam am-  
plius. Ecce hic est stōs descensus tuus  
in quē quanto longius descendisti eo  
opus habes pluribus ascensionib⁹ ut  
redire possis ad statum rectitudinis  
vnde cecidisti.

De tercio hominis descensu p̄ pecca-  
tum mortale quo longissime abnt in  
dissimilitudinis regionem. // Ca. v.

**E**o nec adhuc filius prodigus ces-  
sat longius ire atq; ampli⁹ p̄ire  
Nam quo plus it eo amplius perit q̄  
a deo auersus recedit. Quid plura?  
Omnibus consumptis cū meretricib⁹  
venit in regione dissimilitudinis vbi  
se subiecit vni cui⁹ regionis illius et  
hic eū posuit vt porcos eius pasceret.  
id ē breuiter per peccatū mortale se  
diabolo subdidit et in omnibus moti-  
bus cōcupiscenciā et desideriorū satisfi-  
fecit. Ecce homo quo nunc deuenisti in  
regionem dissimilitudinis nō apparet  
vestigium virtutis. // *Uee sunt tres*  
*descensiones quibus a statu rectitudi-*  
*nis in regionem dissimilitudinis lon-*  
*gissime descendisti.*

**De tribus examinationibus et qua-**  
**liter homo p̄ memoriam peccatorum**  
**recuperat sensum maxime vt sciat**  
**ultimū descensum scilicet p̄ peccatum**  
b. ij.

mortale. Capl. vi.

**P**ostquā descēsus tuos vidisti  
congruum esset ascensionē  
disponere. sed quomā pecca-  
tum frēquenter comitatur cecitas et  
insensibilitas vt qui peccato p̄mitur  
non tamen se sentiat peccatorem sed  
fit stupidus et nascitur ei frons merē-  
trix et duricia cordis vt nec deū iam  
timeat nec homines vereatur. **I**gitur  
antequā ascēdas studiose teipsum de-  
bes discutere et omnibus modis qui-  
bus possis m̄ti vt sensum recupes quo  
descensum agnoscas et peccata tua  
deplōres. **I**gitur vt noueris quātum  
per vltimum descensum videlicet per  
peccatum actuale mortale grauiter  
sis plapsus. et de loco in quo fueras  
cū habēs naturā integrā et nō viciatā  
positus discessisti debes teipm̄ diligen-  
ter discutere et districte examinare.

vt tandem oculos apertas et videre  
possis quo iaces plapsus . // **D**istricte  
igitur et si non semper sepe tamen te  
ipsum iudica formans in te primo et  
ptractans quantū deo vnumquodq;  
peccatum displiceat quantumq; hor  
reat et detestetur . **V**t autem hoc me  
lius sentire valeas diligenter rulina  
et donec ex affectu sentias studiose p  
tracta q; adeo displicuit deo superbia  
vt nobilissime quondaz creature sue  
non pæret sed luciferum de celo proie  
cit . **C**ogita an tibi parcat qm̄a forsi  
tan melior aut nobilior es . **C**ogita q;  
adam propter inobedientiam expulit  
de paradiso et totum genus humanū  
originali iusticia spoliauit . **P**ropter  
luxuriam subuertit zodomam et go  
mortam . et in diluuio pene totum  
mūdum submersit et plura talia his  
similia recitat tibi diuina scriptura .

Cogita q̄ tantū deo peccatum displi-  
cuit q̄ potius ipse voluit moriens sat̄s  
facere pro peccato ade q̄ ipsum sc̄dm  
suam iusticiam dimittere impunitum

¶ Si autem adeo duri cordis es vt ex  
hoc adhuc nō expauescas lapsum tuū  
sic forma meditationem tuā studiose  
ptractans q̄ diuina iusticia aliter iu-  
dicare nō potest q̄ opera tua merent̄  
**E**st em̄ deus intelligibilis quedā equi-  
tas incōuertibilis atq; indeclinabilis  
nō min⁹ pena maloz q̄ gloria bonoz  
**C**ertus igitur esto q̄ reddet tibi sc̄dm  
opera tua nec relinquet aliquod ma-  
lum in te impunitū. Si igit̄ hoc modo  
intus r̄uolueris nō credo quin timore  
concuteris horrore obstupescis. **T**unc  
igitur tercio veniat memoria et in me-  
dium pducat omnia peccata tua p̄te-  
rita grauiā maxime q̄ maxima. **C**ogi-  
ta q̄ multa peccata cōmisisti. **P**ene



enim omni die omni hora ante conuer-  
sionem tuam grauiter deliquisti. Quis  
numerabit quot peccata commisisti eor-  
de ore et ope. Deinde percurrere singula  
et vide quod grauia sunt quibus deum  
omnipotentem et terribilem iudicem  
patremque dulcem et benignum qui pro  
te tanta fecit et sustinuit offendisti et  
quodammodo iterum crucifixisti. Deinde  
reuelare quod sint quedam eorum turpia  
maxime quantum ad carnalia. quod tamen  
magis succincte debes transcurrere ne  
immunda subrepat delectatio imorati.  
**//** Quauis etiam iam ad dominum sis  
conuersus non tamen hanc vilipendas  
memoriam peccatorum sed et tunc adde  
ut etiam summa diligentia pertractes  
peccata tua quod post conuersionem com-  
misisti. Cogita singula uicia quibus  
adhuc sordes. Cogita in singulari de  
superbia tua quanta est. quantum

concupiscis honorem. laudes desideras  
ad altum statum aspiras. Cogita quod  
tepide quam infructuose tot annos in diuino  
seruicio expendisti. vix scis inuenire  
perfectum. et in his peccatis que post con-  
uersionem commisit forsitam grauius  
puniet te deus tamquam magis ingratus.  
Deinde cum hec ita in cogitatu tuo exa-  
minaueris diligenter pertracta quam mo-  
dicam pro his omnibus fecisti satisfacti-  
onem. quam modica fuit tua contritio.  
quam parua opera in nullo satisfactoria  
sciens certissime quod vel hic vel in futuro  
oia reddes usque ad minimum quadran-  
tem Sed in futuro secundum Bernardum.  
centuplum reddes quod hic simple solu-  
ere posses. Nec igitur et his similia  
cum peccator in cogitacione reuoluerit.  
et se timore percussum et dolore interno  
profusum senserit tunc cor suum humilime  
et dolore plenum immediate dirigat

ad deum suum orationem faciendo et  
ipsius bonitatem et misericordiam cum  
summo desiderio implorando. mutacionem  
vite et emendationem morum  
permittendo et permissionem dei adiuto  
rio adimplendo. Hanc tamen formu  
lam meditandi aut similem ita debes  
dirigere ut non incidas desperationem  
sed inflammaberis ad satisfactionem et  
emendacionem ut promptus ad omnem  
laborem et omnium passionum toleran  
tiam efficacis.

De secunda examinatione qua homo  
seipsum discit de toto statu suo interi  
ori et exteriori et per quam venit ad hoc  
ut sentiat primum descensum et vitium  
anime destitucionem. Capl. vii.

**Q**uod autem primum lapsum et des  
censum tuum per adam et vitium  
anime tue destitucionem melius cog  
noscas, immo etiam ut generaliter

omina vicia et passiones euidentius  
sentias debes nonnunquam tempore oportuno  
aliam de te et toto statu tuo facere  
diligentem discussionem et studiosam  
examinationem. // Examina igitur  
primo diligenter hominem tuum interiorem.  
Vide ad quid vires anime mouentur  
quod longe quod prope secundum id quod  
debet vel secundum id quod tibi a deo date  
fuerunt ut prius audisti. Examina  
rationem. cogita an non sit in multis  
erroribus an non curiosa et occupata  
vanis relinquens salubria. An non  
decepta suis credens diffinitionibus.  
non consentiens humilibus et ita pertinax.  
An non superba credens seipsum esse  
aliquid cum nihil sit. melioribus se  
preferens. non letens ab alijs doceri.  
Indicibilis et intractabilis et incapax  
bonorum concilioz. // Deinde examina  
memoriam. Vide quales meditationes  
frequentius ha

beas. Nam qđ plus diligis vel times  
inde frequencius cogitas. Deinde ex  
amina appetitus tuos. Cogita vnde  
tristaris vnde turbaris vñ gaudes et  
letaris. quid speras et quid odis et  
tunc benevidebis qđ longe sis prolap  
sus. Vide quales bestie ascendere so  
leant vim tuam cōcupiscibilem vtz  
gula luxuria vel auaricia. Vide qles  
fere transeant p tuam irascibilitatē  
an scz leo supbie. canis iracundie. ba  
siliscus inuidie. Deinde examina exte  
riorem hominem. Nam motus inordi  
nati hominis exterioris sunt indicia in  
terioris deordinati. Vide si nō sepe ex  
cedis verbis duris detractoris adula  
toris. iocosis vaniloquis vel multilo  
quis. Itē vide precipue an cum om  
nibus caritatem teneas. an nōnunq̄  
ledas consciencias aliorum scandalo  
inq̄tudine vel nouitatū p̄sumptione

**I**tem an feruēdas zelo ad alios caritā  
tiue amonendum vel etiam humiliter  
inreparandum. **I**tem si opus tibi com  
missum studeas fideliter adimplere.  
**I**tem examina te de lectione medita  
tione oracōne ⁊ sic de alijs quomō in  
singulis huiusmodi te habeas vel eas  
soleas ordinare.

**De tertia examinacōne qua homo  
cotidie discutit se de excessibus cotidi  
ams. qua homo discit sentire impuri  
tatem cordis et de reuelacōne passio  
num. Capl. viij.**

**Q**uam autem secundū descensum tu  
um quo videlicet ppria concupi  
scencia abstractus impuritatem con  
traxisti sentire valeas. **T**ercia adhuc  
debes de te facē examinationē et hoc  
cotidie et maxime vt vult **B**erndus  
post cōpletorium. **T**unc em̄ singulis  
diebus debes diligenter respicere et

districte examine quodcens mala af-  
suefactione tua traheris ad illicita .  
maxime quocens viscosa et glutinosa  
tua impuritas illo te die deieat . vbi  
gracia ad illicita cogitanda . ad vana  
in oracōne ruminanda . ad ociosa vel  
noxia verba pferenda . aut si illo die  
sanctas meditacōnes ex negligentia  
non assumpsisti aut in puritate tua  
victus fuisti sine affectu boni . **I**tem si  
inolita assuefactione tractus temp-  
tacōibus aditum prebuisti . non res-  
puisti nec restitisti . **D**ns tribus distin-  
ctiombus si diligens trapezeta fueris  
et iudex iustus teipsum iudicaueris  
scisso velo pprii amoris et ad teipsum  
inclinacōis . vt in nullo tibi blādiaris  
in nullo te palpes vel aduleis haud du-  
biū qñ multū pficies in tui cōgnicōne  
**S**z qñs vniqñ seipm odio habuit **A**mor  
aut puerit iudiciū et zel<sup>o</sup> nescit sape

**I**tem vt qđ tu p̄fers p̄ sententiā fir-  
mius credas ex relatu alioꝝ. stude se-  
pius. frequēter curato tua tibi vicia  
ab alijs intimari. **N**ā sepe alienus nos  
meli⁹ videt occultis q̄ p̄pius. eo vtiq̄  
melius quo liberius sine inclinacōne  
de nobis poterit iudicare. **Q**uinimo  
frequenter post premissas examina-  
ones de tuis temptacōnibus de tuis  
passionibus et viciosis inclinacōnib⁹  
cum alijs debes conferre consulere et  
conqueri. vt melius informetis eorū  
cōsilijs. plus humilietis cum ipsi te no-  
uerint qualis sis et amplius cōpunga-  
ris cum te ab ipsis audis viciōsū qualē  
tu te p̄ premissas examinacōnes inue-  
nisti. dum tamē tales sint qui ex hoc  
qđ te talem audiunt nō peiorātur sed  
magis tua humiliacōne edificantur.  
// **A**d huc autem vnū est qđ circa pre-  
missas scz scđaz et terciā examiacōnes



debes aduertere q̄ licet p̄ huiusmodi  
discussiones discis in t̄na vicia cognos  
cere inordinatas concupiscēcias et affec  
tiones videre et viriū anime tue deor  
dinationes considerare. verum tamē  
quātum in te huiusmodi affectiones  
sūt valide et radicate et quodāmodo  
in naturaz transformate nunq̄ plene  
et p̄fecte videre poteris donec manuz  
apponas et eas totis virib⁹ studueris  
extirpare vt ita eaz fortitudinem et  
resistencias expiaris.

**¶** Quo homo debet exercitia sua prius  
in corde disponē et cū spirituali viro  
discutere anteq̄ ascendere. et q̄ sancta  
exercitia nō sunt leuiter mutanda sed  
q̄ in ipsis est p̄seuerandum donec ad  
finem pueniam⁹. **Ca. ix.**

**A**scensiones in corde disposuit.  
Priusq̄ ascendere. id est p̄ficere  
inapias in spirituali profectu debes in

corde tuo modum tibi congruū dispo-  
nere quo possis ad finem tuū. qui est  
puritas cordis vel caritas puenire .  
**D**iscute et sollicite examina. quid tibi  
congruū quid tibi melius expedit. si  
nescis alios interroga immo p alios  
dispone ascensum **O**rdina inq̄ finem  
aliquē in corde tuo cuius gracia omia  
opera tua et exercitia p̄ficias **O**rdina  
deinde gradus exercitia et modum ali-  
quē quomodo ad finem illū deuenies  
atq̄ finem pariter et media in corde  
fortiter fige. **E**t hoc vt videt̄ est ascen-  
siones in corde disponere. id ē modū  
aliquē et exercitia p discretam et dili-  
gentem tuū et alioꝝ discussionem ac-  
cipere et cordi tuo fortiter infigere ⁊  
imprimere. et inde tibi multiplex eue-  
niet utilitas. **E**t primo quidez vt om-  
nia ordinate agas secundū q̄ in corde  
tuo disposuisti et non casualiter sicut

quidā qui hodie se in isto ceas in alio  
sunt exercentes . fluidi et vagabundi  
omnia arripientes et in nullo pficien  
tes . omnia temptantes et in nullo se  
consumantes . fortuite omnia prout  
occurrunt agentes . cum de nullo se in  
corde disposuerint nec sint fixe de ali  
quo deliberati . tu autem nō sic sed om  
nia facies secūdm q̄ in corde ascensi  
ones disposuisti . ad hoc omnia opera  
et exercitia dirigas vt illo modo pfici  
as et ad exemplar qđ in corde posuisti  
consumes . **O**mnia inquit dñs moysi  
facto ad exemplar qđ tibi monstra  
tum est in monte . **T**u autem omnia  
stude perficere secūdm exemplar qđ  
discrete in corde disposuisti . Si artifex  
non prius in corde suo formam et dis  
positionem domus quā edificaturus  
est disposuerit fabricans domum tipi  
cam . nunquā debite domū exterius

produceret vel in debita dispositione fabricaret. Ita oportet ut et tu ascenderis prius tibi scalam in corde erigas ad cuius exemplar omnia foris agas. Sic deus prima causa omnium. non nisi ad essentielle omnium rerum exemplar et ydeas. res ipsas in congrua dispositione et forma produxit in esse. Secundo ex ista dispositione in corde tueris a deceptionibus. Qui enim nihil sibi determinati exercitii vel spiritualis modi prefigunt tot recipiunt de suis exercitiis consilia quot viderint aliorum facta. credentes omni spiritui. in nullo stabiles. in nullo fixi. sed in omnibus vagabundi. Ideo illas debes ascensiones prius diligenti examinatione in corde disponere ut secundum eas usque in fine possis vitam tuam regulare. aliorum vitam et exercitia laudans non tamen assumens ut vult abbas nestor. **I**te debes exercitia tua in corde discrete

ta moderacōne disponēte vt cū q̄oaz  
alternacōne et refocillacōe te teneas  
stabilem et non in quodā vno opere  
importunus incubantē. alia penitus  
nō curando vel vt inualida relinquen  
do. tediū aut infirmitas et si quōd hu  
iusmodi te vincat. Nā qđ caret alter  
na requie. durabile non est Ita ergo  
nunc lege vt post sis validior ad orac  
onem. nunc meditare. nunc operare  
vt hec sibi mutuo deseruiāt et hec oīa  
te stantem teneant sine tedio de vno  
ad aliud transeuntem. Harum autē  
ascensionū in corde dispositio sit diui  
nis scripturis conformis et spiritual  
viri discussione approbata.

¶ Qđ aliter debet homo in corde dis  
ponere de fine aliter de hys q̄ sunt ad  
finem. // Capl. x.

**A**lter autē in corde debes dispo  
nere de fine tuo. aliter de hys q̄

c. in

sunt ad finem. **F**inem em̄ tuū videlicet  
cordis puritatem et caritatem ita in  
corde tuo debes figere et immobiliter  
imprimere. vt nullo casu nullo cōsilio  
nullius imperio ab eo discedas nec  
ab actu v̄tutis interiori vel caritate.  
sed omnia opera omnia exercitia ad  
finē debes dirigere et ad ipsum semp  
oculum reflectere. **S**icut em̄ nature q̄  
portum pre oculis non habent quo na  
uigant. vage hinc inde. nunc ad ori  
entem. nunc ad occidentem secūdum  
ventorum impulsus nauigant et nesci  
unt si recedunt vel appropinquant. ita est  
qui bona opera facit. et nescit finem  
puritatis sed pmittit vicia in se dñari  
nescit quantū in vera spiritali vita  
proficit vel deficiat. **E**a vero q̄ sunt ad fi  
nem ita debemus in corde disponere  
et ordinare put melius possunt nos  
ad finē caritatis vel puritatis ducere.

Cum vero nos in tali fine puritatis vel  
caritatis impediunt libere relinquere.  
Non enim ita debemus insistere lecti  
oni vel meditacōni ut cum caritas ex  
egerit nō nisi cum murmure et tristi  
cia eam relinquamus incurrentes sic  
tristitie vel alterius vicij impuritatem  
ppter quam extirpādam sacra lectio  
vel meditatio fuerat arripienda. Nec  
in talibus exercitijs ita ex toto debe  
mus esse fixi sicut in fine. sed quando  
caritas exigit vel obedientia. humiliē  
ad tempus non ad semper deserere.  
Que enim secundū Bernardum pro  
caritate sunt instituta contra carita  
tem non debent militare.

De tribus ascensionibus contra  
tres descensus premissos iterum redu  
centibus ad locum rectitudinis.

Capl. xi.

c. m. j.

**N**unc de ascensionibus quibus ascendere et redire debeas restat subsequenter dicere. Audisti autem prius quod tribus descensionibus quasi tribus longissimis dietis a loco in quo te dominus posuit recessisti. ita nihilominus tribus ascensionibus illuc necesse est te redire. **P**rima autem ascensio ipsa est qua ascendis iterum ad cor tuum. Longe enim egressus es a corde tuo pro peccata nec potes spirituali exercitio in corde proficere nisi redeas ad cor. **V**nde propheta ammonet Redite paravaticores ad cor. **S**ecunda ascensio cum iam ad cor redieris. ascendas de corde impuro pro concupiscentiis ad cor purum. et huiusmodi ascensio est puritas cordis et caritas et transit contra secundum descensum. **T**ercia ascensio equidem ipsa est in corde. qua videlicet ascendis contra inordinatas affectiones innatas ab adam vel iam in



olitas a teiplo et hec principalis ordi  
nari potest contra primū descensum

**A** De prima ascensione contra pecca  
tum mortale. et de tribus gradibus  
huius ascensionis. et de contricōne.

// Capl. xij.

**N**unc igitur surge et sursum ascē  
de. inape ad cor tuum pgerere.  
Sicut autē peccatum mortale triplici  
descensu cōpleuisti. Nam auersus es  
a creatore tuo p supbiam in qua est  
formalis ratio peccati. cōuersus es ad  
creaturā p delectacōnem. ac deinde  
per opacōnes contra legem diuinaz  
dei tui transgressus es preceptū. ita  
tribus gradibus oportet te cōtrario  
ascendere. Primo vt auertas cor tuū  
a creaturis et a peccatis. et habeas  
quādam cordis firmā auersionem et  
firmū quoddaz ppositum deo tuo ser  
uendi et nunq̃ te creaturis p illicitā

delectacōnem subiciendi. etiam si mille  
mōtib⁹ mōri te oporteret. **N**oc autē  
in genere debes pponere. non autem  
super hoc in singulari te examinare.  
dolebis q̄ multum q̄ tantū a deo tuo  
recessisti. q̄ tantū eum offendisti et  
quodāmodo iterum crucifixisti. **E**cce  
talis auersio ipsa est vna ascētio cui⁹  
nomen est contritio qua cor tuū quo  
dammodo a sua duricia frangitur.  
**S**icut enim in naturalib⁹ res dure di  
cuntur conteri. cum in ptes minutas  
franguntur vel minuūtur. ita metha  
phorice cor dicit conteri. quando ipsū  
a sua duricia emollitur qđ prius auer  
sum a deo durum et obstinatum fuit  
in peccatis. nō cēdens diuine mocōni  
nō admittens instinctum spiritus san  
cti. sed obturans aurem ne audiret.  
**V**el cor durum secundū **B**ernardum  
primo de consideracōne dicitur. quod

nec cōpunctione scinditur nec pieta  
te mollitur nec mouetur precibus ꝛ c̄  
**C**onteritur autē quando iam liquefit  
cōpunctione emollitur pietate.

**¶** De confessione q̄ est secundus gra  
dus huius ascensionis. Ca. xij.

**Q**uiarero in peccatis tuis dēū per  
superbiam contempstisti. ideo ne  
cesse est vt te hōim dei vicario clauēs  
habēti humiliter subdas vice dei et ei  
tamq̄ christo domino iudicia tuo assis  
tens humiliter et cōtrite et dolorose  
peccata tua confitearis. **H**umiliter  
videlicet te in omnibus accusans et p  
pria peccata agnoscēs. in moribus in  
gestibus in prolacōne verborū in rel  
pensionibus singulis q̄ alijs tanquam  
iudicia tuo assistens te habeas. **C**auē  
ne vt quidā magna crimina cōfitens  
inde querat laudari vnde a deo me  
reteris reprobari. **S**icut non nulli q̄

in scolis acute solebant arguere con-  
fitentur a c̄. **R**oli etiam peccata tua  
vel intencōem tuam excusare. sed dic  
simpliciter et humiliter qđ remordet  
tuam cōscienciā. Debes etiam cōtrite  
et dolorose confiteri. exercēs te ante  
cōfessionem ad cōpunctionem modo  
quo postea habebit̄. vt ita contrit⁹  
et dolorosus venias ad cōfessionem.  
**E**t si hoc bene feceris nequaquam sicut  
quidaz faciunt. peccata tua sicut fabu-  
lam pferes vel ita simpliciter pferes  
sine dolore quasi de alia seculari ma-  
teria loquereris. sed si vere spiritum  
cōpunctionis cōcepisti. interdum dif-  
ficile erit tibi. imo vero lacrimas cohi-  
bere nequibis. **E**t certe scire debes  
qđ scđm intencionem cōtritionis. et hu-  
mitem verecūdiam. peccata tibi in cō-  
fessione remittūtur. **S**i etiam fieri p̄t  
talem tibi debes cōfessorem eligere.

qui discrete et prudenter sciat absol  
uere vel ligare . cui animā tuam pote  
ris fiduciaaliter cōmittere . cui statum  
tuum vitam tuam et omnia exercitia  
tua secure poteris exponere . ab eodez  
sup singulis cōsilia receptur⁹ . Cumqz  
talem cōfessorem inueneris noli eum  
leuiter variare . Diuersi em̄ medici di  
uersis vtuntur medicam̄is . Medicina  
autem sepe mutata nō sanat sed tur  
bat egrotum **I**n hys tamen omnib⁹  
semper saluo iurē et obedientia eccle  
sie et superioris . Scire etiam debes  
q̄ multo plus sunt satisfactoria bona o  
pera tua a sacerdote tibi iniuncta q̄  
sponte a teipso assumpta . p̄cipue p̄  
vim clauū ecclesie sed et p̄pter humi  
lem obedientiam contentis **I**deo cū  
vulnera tua sac̄doti tuo exposueris .  
et ipse sicut merito debet leuioribus  
vti voluerit medicamētis . insta opoz

tūne nō nunq̄ importūne vt tibi nō p  
cat s̄ q̄ sibi p tuo statu et emendatio  
ne expedire videbunt̄ audacter iniun  
gat et promptū exhibe ad tolerandū  
Et hic est secūdus gradus p̄me ascen  
sionis q̄ dicit̄ oris confessio.

**¶** De satisfatione q̄ est tercius gra  
dus p̄me ascensionis . Ca. xiiij.

**Q**uercus autē huius p̄me ascen  
sionis grad⁹ est vt sicut exhibuisti  
membra tua arma iniquitatis peccato  
per varia peccata et mala opera. ita  
nunc facias ea arma iusticie in sanctifi  
cacionem vt scilicet contraria contra  
rijs cures . faciēs contraria illis crimi  
nibus q̄ cōmisisti . et maxie illis vicijs  
et passiombus quib⁹ frequencius in  
pugnaris . in ieiunijs in vigilijs . labo  
ribus alijsq̄ deuotis exercitijs . et hoc  
vt dictum est maxime ad iniunctionē  
tui cōfessoris quia sic sunt tibi magis

meritoria. Et hic est ultimus gradus  
prime ascensionis et dicitur satisfactio.  
Hys tribus gradibus prima ascensio  
finit et hys tribus partibus penitentie  
redit ad cor et deo parit reconciliaris.

**I**ncipit scda ascensio contra scdm  
descensum qua reditur ad cordis pu  
ritatem. et q impuritas cordis in tri  
bus consistit contra q tria tribus ascē  
sionum gradibus pficiat in ista scda  
ascensione. Capl. xv.

**Q**uæ homo sanus factus es et  
deo reconciliatus vade et pce  
de ulterius et apius noli pec  
care. s magis stude de vtute in virtu  
te pficere. nec putes sufficē q p peni  
tenciā sis deo reconciliatus vt ad ei<sup>9</sup> fa  
miliaritatē accipiaris et pfectā carita  
te. An ignoras q absolon reconciliat<sup>9</sup>  
pri suo. nōdū tñ facē ei<sup>9</sup> vidē meruit  
n̄ in domo ppria aliqto tpe remanēs.

**I**ta et tu si vis faciem dei in uis corde  
conspicere. noli hoc subito presumere  
sed stude pius in corde tuo paulatim as  
cendere. et per ascensiones cordis te lon  
go tempore exercere et ad puritatem  
cordis peruenire. peransiter et repur  
gas septuplum. examinans examinans  
usque ad fundamentum in eo. usque dum  
fex cordis et immundicia sit examinata.  
Siquidez ut supra diximus cum homo  
redit ad cor quod fuit egressus foras post  
concupiscencias. licet reconciliatus sit  
et per gratiam purgatus a culpa. ma  
nent tamen adhuc reliquie et immunde  
feces peccatorum in anima. id est affectio  
nes noxie. et immunde et limose visco  
sitates per peccatum acquisite. per assue  
factionem molite. quas oportet expur  
gare et successive de illis egredi et as  
cendere. Et hoc est de corde impuro  
ad cordis puritatem proficere et ascendere



contra scđm descensum prius assigna-  
tum. **S**ed et contra hunc descensum  
necesse est tres ascēiones in corde dis-  
ponere. **S**iquidē impuritas cordis tui  
et affectuū in tribus constare videt̃ .

**P**rimo in hoc qđ nimis inordinata af-  
fectōne inheres rebus infimis vel incli-  
naris inordinatē ad eas puta glē vane  
honori . laudi . gule . luxurie . ⁊ c̃ amās  
non amanda . **S**ecdo consistit impuri-  
tas in hoc qđ nō amas amanda . sed af-  
fectus et appetitus ita sunt immūdi et  
impuri et malis humoribus infecti vt  
spiritualia et celestia nil eis sapiant s̃  
quodāmodo nauseam habeant super  
celesti manna . nihil mouētur sup me-  
moriam regni celoz et similibus **E**t hec  
impuritas potest dici odium nō odien-  
dorum . id ē non appetere appetenda .  
**T**ercia cordis impuritas est quedam  
cordis infirmitas vel inhabilitas qua

homo etiam iam purgatus affectionibus et aliquantulum etiam reparatus spe. attamen inidoneus seu minus sufficiens redditur ut deo per firmam perfecti amoris affectionem inhereat vigore caritatis deficiente. // **C**ontra istas cordis tui impuritates oportet tibi tribus ascensionibus successive ascendere. id est tribus virtutum gradibus proficere. Nam contra primam impuritatem ascendimus per timorem domini qui quasi violenter cor concutit et rumpit a noxijs inferiorum affectionibus et inhesionibus. // **C**ontra secundam impuritatem proficimus per spem. quia spes cor nostrum leuat et de celestibus ei gustum recuperat dando affectum celestia adipiscendi. // **C**ontra tertiam impuritatem. caritate ascendimus qua deo unimur et ei adheremus. Sed de his plenius per singula est dicendum.

**D**e primo gradu huius ascensionis  
qui est in timore quomodo videlicet  
cor nostrum per timorem abstrahitur  
a noxia affectione et inhesionem.

**Capl. xvi.**

**Q**uoniam igitur cor tuum adeo concu-  
piscenciarum illecebris incumbit.  
ipsis ita affixum et impressum ut vix  
possit auelli. fugens inde mel noxie  
delectacionis et lac noxue refectio-  
nis oportet ut amaritudine quadam hec re-  
spergas. sicut solent femine puulos  
ablactantes ubera sua respergere re-  
bus quibusdam amaris. ut gustata  
amaritudine auertant se ab uberum  
dulcedine et tandem uberum obliui-  
scantur. Ita oportet ut cor tuum timor  
domini rebus amarissimis impleat Verbi  
gracia. Plenus es mundi concupiscen-  
tijs. carnalibus vicijs. toto desiderio  
anxelas ad altum statum. ad gloriam mundi

Difficile est tibi carere tibi delicatis .  
graue est tibi despici vilipendi ⁊ c .  
**V**eniat timor dñi in cor tuū . respogat  
omnes huiusmodi rerum dulcedines  
quibusdā amaritudinibus . pponens  
tibi et terrenis te et ostendens q̄ pro  
ois mūdāna delectatio transit . quāq̄  
magnam et inexplicabilem penam p  
qualibet inordinata delectacōne quā  
libet modita sis recepturus . quamq̄  
seuere et terribiliter adueniet iustus  
iudex super hys te puniturus . Hys et  
similibus oportet cor tuum amaricari  
ac timore concuti et terrore pturbari .  
et ita violenter a suis delectatiomb⁹  
donec earū obliuiscatur auelli . Itaq̄  
noli negligere ex huiusmodi et simili  
bus meditacōnibus facere quoddam  
lixiuū . qd̄ licet sit amarum . est tamē  
mirabiliter malorum humorum . id est  
concupiscenciarum purgatiuum quo

pungas seu laues omnem delectationem mundi et facile eam respues et abominaberis . territus amaritudine qua eam punxisti . **V**t autē hoc genus lixiū qđ ex timore cōpunctio appellatur quociēs placuerit cōficere possis . ecce modum describimus conficiendi .

**Q**uod cōpunctio q̄ ex timore nascitur varie et diuersimode in exeratio et meditacōne potest assumi . **Ca. xvij.**

**C**ompunctio ex timore multiplicat nascitur . Primo cū quis peccata sua preterita ad memoriaz reducat et quantū deum offenderit quantāq; penam meruerit anxie recordatur . et inde tremens ac timens amarissime la crimatur . Secūdo cum quis defectus pprios passiones anime et desideria noxia adhuc in se et si non regnantia agitantiā tamen et vexantiā diligent

discutit. et q̄ tā parū in eis expugnān  
dis p̄fiat eiulans et dolens recordat̄  
**T**ercio cū quis peccatorū meminerit  
q̄ post conuersionē suam p̄petrauit q̄  
et si non sunt criminalia non tamen p̄  
ea dubitet deū offendī cotidie et ideo  
lugendo et timendo deplorat. **E**t de  
hys tribus dictū est supra de tribus  
discussionibus vel examinacōnibus.  
**Q**uarto cū homo cōsiderat q̄ iudicia  
dei sunt inscrutabilia. et nescit homo  
an sit dignus odio vel amore. et licet  
sciat se penituisse nescit tamen an so  
lo timōre p̄cussus an ex gracia infusa  
p̄punctus et cōtritus et ita totus hor  
tore concutitur nesciens et incertus  
quid de eo fiet ī futuro an sit damnā  
dus vel saluandus. **Q**uinto cū homo  
breuitatem vite sue diligenter atten  
dit et se adhuc tam parum profecisse  
intelligit et inde timore succenditur

et intus compunctione irroratur.

**S**exto cum districti examinis et futuri iudicii meminit quo iudex vnicuique iuxta opera sua redditurus adueniet. unde de peccata sua agnoscens expauescit.

**S**eptimo cum homo magnitudinem et multitudinem penarum infernalium pretractat et cum se his dignum esse cognouerit vel cogitauerit multum incipit lugere et timere.

**De utilitate compunctionis et quomodo cor purificat. Ca. xviii.**

**N**ec si in corde tuo studiose ruminaueris et ex istis vel eorum aliquibus frequenter cor tuum repleueris omnia dulcia fient amara. tunc transeat mundus a corde tuo et concupiscentia eius. scilicet et concupiscentia carnis et concupiscentia oculorum inde euanescent nullamque

[D III]

foris senties amaritudinē huius modi  
amaritudine interius adimpletus Et  
ita cor tuū incipiet omnē dulcedinem  
mundi affectionē et adhesionē respu  
ere siue sit gloria mundi vel honor vel  
fauor popularis . gulam et luxuriam  
penitus abhominari Verū vt in pmp  
to habeas hoc genus cōpunctionis cō  
ficere . ecce sicut modum descripsim⁹  
conficiendi sic ponamus et artem mā  
teriam vnde cōficiatur colligendi .

Generalis modus ad formandum  
meditacōnes de morte . " Ca . xix .

**M**editare igitur homo et ab ocul  
tuis nunq̄ recedat q̄ post modi  
cum sis ab hac vita in aliam ignotam  
regionem transiturus . et omnes res  
mundi gloriā et honorem et quecūq̄  
alia in q̄bus in hoc mundo delectaris  
hic sis relicturus Omni em̄ hora omni  
die finē et vltimē hōre tue appinquas ;



Scrutare igitur et quantū potes in te  
interdū affectum transforma hoīs mo  
rientis et forma in te et meditatione  
tua quasi statim moriturus esses et iā  
sit presens qđ sine dubitacōne adhuc  
tibi presens erit. **V**ide igitur sic affec  
tatus quantus tibi dolor inest. q̄tus  
cōscientie remorsus et intus clamor  
de malis delectacōibus tuis. q̄tum  
dolebis q̄ te nō emendasti et a delec  
tatiombus te nō auulxisti. q̄ dei p̄cep  
ta transgressus es. **N**am in illa hora  
videbis qđ meruisti et quid cōmisisti  
// **A**dduc ante oculos singulas delecta  
cōnes. vide singula vicia et passiōes  
quibus modo dulatē delectaris. **C**o  
gita q̄ amarum erit tibi tunc a delec  
tatiombus separi et quantū dolebis  
q̄ viuens nō fuisti cōcupiscencys mor  
tuus. **D**einde cogita et forma in te ta  
lem affectum vt si anima tua statim

et ad cōpunctionem inflāmare vt scz  
doleas de peccatis cōmissis corde ore et  
opē. et insup de hys q̄ facere omisisti.  
**A**c deinde eo mō quo dictū est accede  
confessorem et confitere peccata tua  
p̄cipue grauiora sed et poteris confi  
teri peccata tua notabilia cōmuniā et  
ignorata. **T**ercio debes te exercere ad  
actualē deuotionem q̄ vidēt in duob⁹  
consistere vt ad sumpcōnem huius sa  
cramenti scz timorem et reuerenciā  
habeas. atq; insup actuali amore vni  
us ad christū et desiderio mouearis  
**I**gitur tibi timor inducat reuerenciā  
adducens intermis obtutibus huius sa  
cramenti p̄fundissimā dignitatem et  
dignissimā et metuendam p̄funditatē  
**I**taq; vt reuerenciā huius sacramēti  
et dignitatem intelligas et nō insensī  
bilis sine timore accedas diligēter ad

uerte quis est quē sumis quis sis qui  
sumis. **S**umis em̄ eum quē iohannes  
baptista tangē tremescit. quē petr⁹  
apostolorū princeps a se expulit p̄ for  
midine ei nō audens p̄inquare dicēs  
**E**ri a me domine q̄ homo peccator sū  
**I**p̄m quē sumpturus accedis adorant  
dñationes. tremunt potestates. **I**pse  
iste quē sumis erit iudex tuus et eius  
tribunali iudicandus astabis **I**pse est  
in cuius manus aīma tua hinc egressa  
deuemet ab eo put meruit réceptura  
**V**ide igitur quāta reuerencia debeas  
accedere. **A**ttende q̄ nihil tantū deum  
offendit quantū temeritas p̄sumptu  
osa et irreuerencia inuerecunda. "  
**C**ogita deinde tu quis es **C**erte homo  
tepīdus negligēs viciōsus. **R**educ ad  
memoriam qualis sis ex tribus exami  
nacōnibus premissis. **C**ogita deinde  
q̄ quīs mille annis te prepaueris nul

latēnis sufficiēs ad cōdignam sacra  
menti huius sumpcōnem etiā si oīm  
sanctorū meritis gauderes ⁊ angelorū  
et hominū puritate floreres. **Q**uomō  
igitur audeas accedere sine timore sine  
reuerētia qui vix ad modicum tēpus  
te in corde disponis preparare. **T**ime  
ne dicatur. **E**cce tradentis manus me  
cum est in mensa. si videlicet secundū  
**B**ernardū susceptum christū tradis  
vicis superbie inuidie et sic de singul  
**T**ime indignè suscipere ne iudicium  
tibi manuces et bibas. **N**on tamen  
sit hic timor tantus vt desiderium pe  
nitus excludat et deuocōnem tollat.  
**N**am panis iste scdm Augustinū q̄rit  
esuriem hōis interioris. **V**nde necesse  
est te etiā habere desiderium et amo  
rem. **M**ultis autem modis poteris  
desiderium tuū inflāmare erga hui⁹  
reuerendū sacramentū sumpcōnem.

b ij

**N**onnunquā debet affectum tuū inflam-  
mare amor vnionis christi vt christū  
ad te sepius uenientem mentis affectu  
et itimo possis cordis tuī desiderio am-  
plexari. **N**onnunquā uero trahere debz  
affectū tuū sanitatis interne desiderii  
vt cum te uides cōcupiscencis et pas-  
sionibus plenū et te ipsum in te deficē-  
tem et perficere non ualentem tamq̃  
medicū p̃ssimum ad te introducas  
dñm ihesum. cuius nomen dicitur **I**he-  
sus id ē saluator. **N**onnunquā debet ac-  
cendere desiderium tuū conscientia de-  
lictorum. **C**um em̄ sentis te grauibz  
peccatis deum offendisse. atq; legis  
christum hoc sacramentum in remissi-  
onem peccatorum instituisse non est  
mirum si ad ipsius inflammaris suscepti-  
onem. **I**te debet trahere affectū tuū  
amor et cōpassio pximorum vt sciz p̃  
hanc hostiam possis succurrere uiuis

et defunctis et sic de multis similibus  
**II** Pro maiori autē desiderio tuo inflā  
mando et exercitando potes diligēte  
ex vita christi reuoluē quomodo ipse  
dolores et infirmitates oīm desideran  
tium adorantium. et in se credentium  
tulit et infirmitates oīm ipse portauit  
**S**iquidez mulier accedens retro et hu  
militer sed et cum fiducia tangens ei⁹  
fimbriā est sanata. **P**eccatrix pedes  
eius osculans est mūdāta **C**hananea  
dum importune sequitur exaudita ē.  
**L**eprosi accedentes curati sunt. **D**emo  
niaci. paralytici et cuncta nature mon  
stra dum accedunt et credunt salutē  
consequuntur. **R**am virtus de illo exi  
bat et sanabat omnes. **P**ublicani et  
peccatores accedentes remā pmerenē  
nec eorum cōuiuū despexit. **I**git̄ cū  
feceris qđ in te est cū reuerentia et ti  
more cū desiderio pariter et amore

h m

accede sperans de infinita dei pietate  
**C**um etiā ad huius sacramenti sumpti  
onē disposueris te debes te in memo  
ria passionis dominice diligentius ex  
ercere. **I**nter predictos autem duos  
affectus timoris scilicet et amoris fluc  
tuat mens et exercitiū deuotorum. et  
aliqui quidem magis ad eius sumpti  
onem ardētī desiderio anhelant et fre  
quētius accedunt. **A**li timore et reue  
rentia huius sacramenti territi atten  
dentes sacramēti dignitatem et ppriā  
vilitatē periculum q̄ indigne sumen  
tium magis se retrahunt et pre formi  
dine ab eius sumpcōne se cupiūt elon  
gari. **V**erum vterq̄ affectus recōmen  
dandus est. et interdū ex desiderio ac  
cedere. interdū ex reuerentia dimitte  
laudabile est p loco et tempore opor  
tunis. et scōm Augustinum. vniuscui  
iusq̄ cōsciencie relinquendum est qđ

faciendū videtur. Vnū tamen oībus  
indubitanter securū est vt scilicet nec  
ex reuerentia desiderū et spem exclu  
dam⁹ nec rursū ex spe et desiderio  
relinquamus reuerentiā et timorem.  
sed inter vtrumq; affectū mediū fluc  
tuemus aliqñ plus de vno habentes  
aliqñ plus de alio. Ait em̄ btūs Gre  
gorius Nihil em̄ nobis securius q̄ sub  
spe semp timere. Affectus tñ amoris  
absolute loquēdo excellit. Sed qđ ab  
solute est melius in casu fit et est mul  
tis periculosius magis q; timendum.

De passione dñica et de tribus in  
quibus homo debet se exercere circa  
passionem xp̄i. // Capl. xxxij.

**Q**uadam ad montem mirre. Et tu  
homo deuote si montem mirre.  
id ē amaritudinē penitencie p carnis  
mortificacōnem vis arripere atq; p ti  
more et spem ad montē ⁊ ascensionē

h m j

puritatis vis ascendere . nihil tibi vtilius quā vt non nunq̃ mirram primā de morte saluatoris tui studeas colligere **I**nde em̃ tibi mirra amara timoris p̃seruans a putrefactione viciose delectationis dum vides dñm tuum ascendisse montem mirre id ē montē caluarie vel magnitudinem pene p̃tē peccata tua sustinuisse **I**nde tibi non nunq̃ econtra spes et deuotio et vnguenta precō sissima timoris amoris gratitudinis cōpassionis et huiusmōi emanabunt . **I**gitur vt te labor nō terreat amaritudo non deiciat spes trahat . deuotio alliciat . gratitudo amor et cōpunctio cogant ascendere montem puritatis prius vade specularando ad xpm̃ qui non incōgrue potest dici mons mirre p̃pter amaritudinem pascas acerrime . **D**ebes autē primo ad ipsum ire . deuote passionem suam velut



intra primam viuaciter colligendo  
et cordi tuo imprimēdo. **E**t hoc fit dū  
christi passiōē circūspecte morose et  
deuote ruminas . diligētē ad litteras  
seu scdm sensum verborū speculari  
**S**cdo debes ad christi passiōē tamq̄  
intra ire et inde aliqua ad tuas vt  
litteras trahere siue medianā contra  
vulnera passiōū siue exēpla virtutū  
**T**ercio debes ad ipsum ire et ex illa  
intra prima mentem tuam ad deuoca  
onem pungere et amorem inflāmare  
et seipsum p̄mptum efficere ad oīm  
tolerantiā tribulacōnum. **V**t autē  
christi passiōem ad litteram deuote  
relegere valeas et circūspecte diri  
gere scire debes q̄ tal' meditatio pas  
sionis dñice simpliciter ad litterā . id ē  
simpliciter facta et gesta et penultima  
tes christi in passiōe cōsiderare inax  
ime inducat cōpassionem et deuocōez

ad christum ex cōpassione. // **V**t autē  
melius passionem et deuocōnem ex  
huiusmodi meditacōe elicias . debes  
sūmope hoc qđ p̄us dictū est attendē  
vt semp xpm̄ quo ludid⁹ poteris vnā  
psonā capias quē deū et hominē esse  
et fuisse non dubites . **C**um igit legis  
xpm̄ talem penā sustinuisse vel sic et  
sic respondisse vel tacuisse . cogita sp̄  
et in cōceptu sic forma vt nomen **I**he  
sus tibi deum et hominē representet et  
sic xpm̄ deuotus et maiori reuerencia  
aspicias multoq; amplius cōpateris .  
**S**i em̄ humano affectu bruto animalī  
compateris intense afflicto . quanto  
magis cōpatereris christo si eum nō  
solum vt hominē p̄issimum dulcissimū  
mitissimū nobilissimū amantissimū gra  
tiosum et decorū in cōceptu assumēs .  
petum insup vt deum omnipotētem  
metuendum . reuerendum . adorandū

creatorem et iudicē tuum mentis tue  
oculis representares. **S**ecundo ut xp̄o  
amplius compatiaris et penalitates  
eius medullitus animā tuam gladio  
doloris transuerberent debes xp̄m in  
quīs pena cōstitutum nō solum respi  
cere quasi exterius sūmo dolore afflic  
tum. sed ecā sūmopere eum diligen  
tissime interiūs cernē omni dolore re  
pletū et absinthio vniuerse amaritu  
dinis inebriatū. **P**rīmo igit̄ quocūq̄s  
legis aliq̄ penalitatē vel aliq̄ obpro  
briū christo illatum. non per illud ita  
accipias christū passum et sustinuisse  
sicut si alius aliquis homo per eandē  
penā sustinūisset. sed indicibiliter alit̄  
et āplius ultra omnē hominē. **C**uius  
causas debes in corde diligenter col  
ligere qm̄ sunt multū ad cōpassionē  
motiue. **I**gitur notū est tantū p̄scise  
vniquēq̄ aliq̄ pena sensibili torqueri

et affligi quātoplus aliquis sensuum  
illam penam tamq̄ sibi incōuentē  
sentit **S**ed et iterum non est dubium  
sensus alicuius hominis tantoplus et  
titius penam sentire et ex eadē rōq̄ri  
quāto sensus illius hominis fuerint vi  
uacōres **X**p̄s autem natura viuacissi  
mus et cōplexionis dignitate nobilis  
simus extitit ideo maximam sustinuit  
penalitatē ultra quēuis aliū hominē.  
**V**ide ergo si est aliquis dolor similis  
sicut dolor eius **C**ogita ergo si tibi vel  
alteri tenero homini itolerabilis esset  
pena caput spinis p̄forari. totum cor  
pus acerrime flagellari et quāto ma  
gis ihesu christo homi et deo fuit illa  
pena grauius in natura sua nobili  
et delicata. **S**c̄do christus paciebatur  
tantū quantū voluit **N**am sc̄dm euan  
gelistam ihesus turbauit seipsum non  
passio sed ipse seipsum **I**tem oblatus

est qz voluit. Sed qz christus passionē  
suam assumpsit pro satisfactione origi-  
nalis criminis qđ tantum fuit vt totū  
genus humanū iusticia originali sp olī-  
aret et ipsam naturaz inficeret et etē-  
na beatitudine spoliaret. et itē assūp-  
sit passionem et mortem vt ipse esset  
hostia sufficiens p omnibus hominib⁹.  
et quia dei pfecta sunt opera. videt̃  
omnino qz christus assumpsit mortē  
amarissimā. Vnde Jeremias. **O**vos  
omnes qui transitis p viam videte si  
est dolor similis sicut dolor meus. ac si  
dicēt nequaquā. immo dicūt doctores  
qz dolor eius et passio fuit adeo acer-  
bissimus et afflictiuus qz excederet do-  
lores omnū hominū quos ab inicio se-  
culi passi sunt vel passuri. Preterea  
tercio nō modicum auxit christi dolo-  
rem qz hanc passionem a tali populo  
sustinuit cui tot beneficia cōtulit. cui

merito dicere potuit. **P**opule me<sup>9</sup> q̄  
ego deus tuus quid p te facere potui  
et non feci. tu vero quid michi peius  
repēdere posses quā q̄ acerrimā mor  
tē inflixisti. **V**nde p̄pterea cōpatiens  
huic p̄lo orabat. Si possibile est tran  
seat a me calix iste. id est ab hoc p̄lo  
infringendus ut quidā sancti voluerūt  
**S**ed et passio xp̄i fuit in omni mēbro  
in omni sensu **M**anus graciose p̄forate  
**C**aput sp̄matuz. totū corpus flagella  
tum et sicut potes p̄ singula currens  
studiosius p̄scrutari. **I**tez eius passio  
fuit obprobriofissima derisione confu  
sione scandalo sputacōne. capitis vela  
cōne plenissima ut nunq̄m sile legisti.  
et hoc ex maxima inuidia pharizeoz  
**I**tez ut melius amaritudinē passio  
nis christi sentias hoc habe p̄ regula  
ut quociēs euāgelista ponit absolute  
aliquaz penā christo inflictam. ad de

tu in corde valde vel maxime vel seue-  
rissime & c. vt verbi gratia. **P**ercussit  
eum seruus pontificis cogita tu valde  
grauiter sicut dubiū non est. quāuis  
certū gradū percussiois vel afflictio-  
nis scire nō poteris. // **A**duerte nunc  
eciā et diligenter in corde colloca cau-  
sas afflictionū et dolorum internor-  
christi q̄ forsitan sensibilem penā pre-  
celebant. **N**ec autē interior afflictio  
surgebat primo ex feruido zelo xp̄i p̄  
humano genere saluando. **P**ro quo  
tamen ad maiorem partē passionem  
suā videbat infructuosam et inutilez  
licet p̄ omnibus esset sufficiens et sup̄-  
habundans non autē efficiens p̄pter  
maliciā multorum. **I**tem habuit max-  
imam compassionem cum sua matre  
benedicta omnibus amaritudinibus  
repleta. **I**tem grauabatur interior  
pena christi ex miseratione iudeorū.

**I**tez ex dolore discipulorū et peccato  
precipue iude . **I**tē ex nostra cecitate  
et ingratitudine p̄ q̄ et fleuī sup̄ ihe  
rusalem dicens . **S**i cognouisses et tu  
et c̄ . **E**cce nunc pio oculo respice xpm̄  
in passione sua constitutū . **L**ege eius  
passionem et respice eum non solum  
exterius afflictū . sed interius exteri⁹  
q̄ totum dolorosum totum afflictum  
et amarissimis doloribus repletum .  
**E**t valde mirandū est si ita respicias  
deum et hominez afflictum et tantis  
tribulationibus circumdatum et non  
moueris affectuosa compassione . **D**e  
scdo autē quomodo tibi vtiliter pas  
sionē christi assumere debes ad fruc  
tum et vtilitatem ad imitacōnem scz  
virtutū vel fugam viciorū debes sum  
mo conamine ad hoc affectū et intel  
lectum tuum dirigere vt in omnib⁹  
gestis verbis et responsionibus xpi q̄



in historia legis passionis domine sentire  
possis quomodo christus se habuit in  
terius et exterius . quomodo iudei pi  
latus et herodes . maria mater domini  
maria magdalena p loco et tempore  
se habuerunt interius et exterius Et  
sic inuenies in christo passo omnium  
virtutum copiam et contra omnia vicia  
summa medicamina Verbi gratia . cum  
legis Stetit ihesus coram poncio pilato  
prefide Cogita primo modum stacionis  
quomodo christus se habuit exteri⁹ .  
quia inclinato capite oculis in terram  
demissis et sic de alijs moribus humili  
bus . Similiter cogita de respensione  
eius et de modo proferendi verba quod  
humiliter quod leuiter et pie protulit .  
Cogita de modo quomodo se habuit  
interius in hys omnibus et inuenies  
eum absque rancore absque inuidia absque  
impatencia humilem et mitem corde .

Sic cogita de modo quomodo se habue-  
runt iudei exterius quia horribiliter et  
puerse magnis clamoribus et durissi-  
mis verbis eum accusantes . claman-  
tes **Reus** est mortis **Crucifige** crucifige  
eum . Si non esset hic malefactor non  
tradidissemus eum tibi et sic de singulis  
**Cogita** de modo quomodo se interius ha-  
buerunt . et inuenies quod ex inuidia stri-  
debant super eum dentibus suis et mo-  
uebantur contra eum ex magna inui-  
dia et iracundia . // **Sic cogita** de bea-  
tissima virgine maria et magdalena .  
quomodo se habuerunt in moribus exte-  
rioribus quod dolose non tamen inordi-  
nate et incompolite maxime dei genitrix  
quod nec unquam maliter peccauit per aliquam  
desordinationem . **Cogita** modum quomodo  
se interius habuerunt et inuenies max-  
imum dolorem et summam tristitiam . **Et si**  
**ista bene tractaueris inuenies in christo**

omnium virtutum luminam et copatendi  
materiā et debita medicamina vicioꝝ  
**¶** Tercio quō ex mirra passiois dñice  
possis mentē tuā tamq̄ pingui deuoci  
one ex adipe inungere et ad caritatē  
affectum tuū inflammare debes cogi  
tare q̄ tu homo es causa tāti doloris  
tante amaritudis. **I**taq̄ vt sup̄dictū  
est attrahē tibi hoc beneficia q̄si p̄ te  
passus sit solum christus. et inde gra  
titudo oritur tibi. **R**am passus est p̄p̄  
tuam illuminacōnem. redempcōnem  
iustificacōnem et glorificacōnez. p̄p̄  
tuam illuminationē vt seq̄reris exem  
plum eius et intellectus tuus illumina  
retur in cognicōne veritatis. **I**gī oīa  
q̄ legis xp̄m fecisse. attrahē tibi q̄si p̄p̄  
te solum facta. et cogita semp̄ quasi  
xp̄us dicat tibi. hoc feci vt seq̄ris me.  
p̄pter tuā redempcōnez q̄ p̄p̄ pecca  
tum originale eras p̄petue damnat⁹

Cogita ergo quā graue est peccatū  
tuum ppter qđ expiandum tantū exi-  
gitur medicamentū tantū precium.  
et inde tibi nascit̄ timor et horror pec-  
candi et c̄ns. ppter tuā iustificacōem  
**I**nde gratitudo oritur qđ tantū voluit  
pati vt tu dignus posses haberi iusti-  
ficacōne dei. ppter tuā glorificacōem  
et inde maxie tibi exurgēt amor qđ ille  
quī te non indignū nec bonorū tuorū  
eget ppter tuam gloriā tanta voluit  
sustinere. **S**ed qđ homo hunc montē  
mirre id ē magnitudinē amaritudis  
non potes simul in corde colligere vel  
apprehendere sed necesse est vt succes-  
siue per exercitium recolligas et conti-  
nue in corde reponas **I**deo pro faciliōri  
tuo exercitio passionē christi sub bre-  
uibus p̄tialibus hic ex euangelio collec-  
tis anneximus p̄ lucto meditacōnum  
et am̄niculo exercitiorum.

**P**assio christi breuiter tacta et pti  
culis diuisa. // Particula prima.

// Capl. xxxij.

**I**gitur celebrata illa solemnī et  
regali cena christus de<sup>9</sup> et homo  
surrexit atq; cū discipul cepit ad mor  
tem inimicis obuiam pperare Verum  
eundo dulca colloqō discipulos de sua  
passione instruxit et p̄muniuit dicēs  
q; p̄sso pastore dispergende essent  
oues gregis Petrum p̄muniuit et q;  
eum negaturus esset predixit. Nec  
ad litteralem sensum et deuotā medi  
tacōnem trahens ante omnia cū reue  
renca et pia dulcedine recole psonaz  
christi deum simul et hominē. et ita q̄  
dicit et loquitur diligenter cū reuerē  
tia et ammiracōne et pietate ausculta.  
Deinde ad tuam vtilitatem et morum  
informationem diligenter cōsidera q̄  
dulciter verba ptulit. quā benigne se

habuit quā dulca colloquū amonuit.  
Considera etiā q̄ fuit ab intra doloro  
sus et de morte imminente tristat⁹ et c̄  
Deinde cogita tercio q̄ p̄ tua redemp  
cōne iam incipit ire ad mortē et p̄ te  
immolari et cōpungere ad deuocōez  
et lacrimas. Et hec et hys similia per  
tracta ubiq̄q̄ tibi cōuenit. sc̄dm̄ tria  
prius dicta ne sit opus amodo iterare  
" Deinde relictis alijs discipulis et al  
sumptis dūtaxat trib⁹ principaliorib⁹  
ad ipsos colloquendo ait. Tristis est  
anima mea vsq̄ ad mortē. Sed et illis  
relictis solus iuit in montē orare ubi  
post terciā oracōnem tantus ei et tā  
immēsus factus est horror et timor vt  
p̄ magnitudine horroris sanguinem su  
daret in terrā defluentē. qd̄ de nullo  
vmq̄ homine quātumlibet afflicto le  
git. Et ecce angelus dñm̄ suū cōfortat  
" Proccedens autē promptissime licet

mirabiliter penā horret et inimias suis  
obuiat et verbo unico in terrā pster  
nit. **A**iuda patientissim⁹ dñs osculum  
suscipit. Deinde crudeliter a iudeis ca  
pitur vinctus et trahitur. Tunc oēs  
discipuli relicto eo fugerūt. Ipse autē  
ad domū anne p̄mo duatur vbi gra  
uiter in maxillam a seruo neq̄ pcutit̄.

¶ Et si volueris poteris te hic diligen  
tius exercere cōsiderandō quis sit iste  
qui ita obprobriose trahitur et duat̄  
et cogita vt prius q̄ homo benigniss  
mus mitissimus mansuetissimus ac̄.  
Sed et scdm deitatem cogita quis sit  
iste vt te ei subdas per racōnis assen  
sum. Crede igitur et cogita ipsum ve  
raater esse dei filium omnium p̄ncipiū  
saluatorem omnium et omnium retribu  
torem. Et hec sit p̄tacula p̄ma mirā  
dominice amaritudinis colligendi.

**Particula scda. // Ca. xxxiii.**

**Q**uæritur autē in domū caphæ.  
Vbi scribe et sacerdotes eum ex  
spectabant Cogita quomodo christū  
traherent qz puerse et dure. Cogita  
quāta auūditate pharizei exspectabāt  
qz inuidia pleni Cum autē a p̄ncipe  
adiuratus veritatez fuisset confessus  
tamq̄ blasphemus p̄cutitur ictibus  
grauib⁹ tamq̄ si sibi false nomē p̄phe  
te vsurpasset. facie velata p̄cutitur cō  
spuitur et irridetur. et falsum testimo  
niū contra eum queritur sed cōueni  
ens non inueniē A petro ceteris disci  
pulis fortiore negat. christi tamen re  
spectu amonitus amarissime deplorat  
peccatum. Mane autē facto tamq̄  
latro per plateam iudicia adducē adiu  
dicandus mortī. Videns autē iudas  
qz ad mortē peteretur tantū in se do  
luit qz tam dulcē magistrum suum



tradidit vt seipsum pre amaritudine  
et dolore laqueo suspēderet . et retu-  
lit triginta argenteos cū quib⁹ emp-  
tus est ager iuxta pphetiam Jeremie  
Deinde multis clamoribus . falsis accu-  
sationibus . concurrenēte tota populi  
multitudine est corā pilato accusat⁹ .  
Missus et duct⁹ p plateam ad herodē  
ab eo vt fatuus irridetur . Hic dilige-  
tissime cōsidera qualis est qui patitur  
et ei cōfigurare vt cōpatiariis innocē-  
tissimo mitissimo nobilissimo et aman-  
tissimo .

Tercia particula. // Ca. xxxv.

**S**Tante autē ihesu humilime corā  
pilato preside magnus tumult⁹  
et clamor validus inualuit clamātib⁹  
ipsis iudeis Crucifige crucifige Nos le-  
gem habem⁹ . et scdm legem nostrā  
debet mori c̄c . Tunc pilatus christū  
fecit durissime p totū corp⁹ flagellari

et in figura regis tamq̃ illiate se regē  
nominasset multipliciter illudit ac cla  
mide induitur. Caput spinis coronat̃.  
arundine grauius verberat̃. Vt rex  
gembus flexis irrisorie adoratur. //

**H**ic homo diligēter attende modum  
quo x̃ps se habuit. quō pilatus sedēs  
in throno tamq̃ dñs foret x̃pi dñi et  
iudex eius. **R**escis inquit q̃ potestātē  
habeo dimitte di te. **A**ttende modum  
quō iudei se habuerunt. **V**ide causam  
cur x̃ps hec omnia sustinuit nisi ppter  
te redimendum et c̃. **I**terant et multi  
plicant clamores iudei. **S**i hunc dimit  
tis nō es amicus cesaris. **C**rucifige cru  
cifige et c̃. **T**unc pilatus timore cesaris  
victus tradidit x̃pm crucifigendum.  
**E**riens autē vt crucifigat̃ ipse suū por  
tat patibulum. **S**equentibus se mulie  
ribus ait. **N**olite flere super me et c̃.

// **C**onsidera autē hic quantus et quā

gloriosus rex celi et terre et dominus  
sabaoth sit iste qui sic illuditur regis  
scemate ut sic ad ipsum possis egredi per  
amirationis aspectum. Est enim immen-  
sus potestate. speciositate. felicitate.  
eternitate. Admirare igitur maiesta-  
tem annihilari. speciositatem deco-  
lorari. felicitatem tormētari. eterni-  
tatem mori.

Particula quarta. " Ca. xxxvi.

**D**uctus in montem caluarie in-  
cipiunt se lictores disponē ad cru-  
cifigendum exuere christum vestibus  
et sic de singulis. Cogita tu diligen-  
tissime modum crucifixionis. quia aut  
crucem primo erexerunt et christus  
crucem deinde ascendit. Et tunc vide  
quomodo pendet primo brachio vno  
fixo et altero non et cogita christi paci-  
entiam et modum quo se habuit. Aut certe  
crucem ponentes primo affixerunt et deinde

erexerunt. et tunc cōsidera christum  
iacentem super crucem man⁹ pprias  
extendentem et ita erigitur. **R**espice  
deinde christum in cruce lacrimantem  
**S**icut in cruce **O**rat pro crucifixioribus  
**B**laspheatur a pretereuntib⁹ a pha  
riseis et latrone. **T**itulus verissim⁹ et  
indelebilis scribit̃ **I**hesus nazarenus  
rex iudeorū. **S**tat virgo benedicta ma  
ter christi gloriosa sub cruce xp̃i dolo  
ribus plena. q̃ utiq; tanto amplioꝝ  
habuit dolorem quāto feruentioꝝ  
amorem. **T**andē christus matrē suam  
iohanñi cōmisit. fiunt deinde tenebre  
p̃ totum mundū. **C**lamans p̃inde heli  
heli quanta sua foret pena et q̃ huma  
nitas a diuinitate quodammodo fuit  
deserta designauit. **E**t hoc p̃pterea q̃  
nulla fuit redundancia viciū superi  
ozum quibus fruebatur ad vires infe  
tiores quib⁹ p̃aebatur. **I**git̃ accepto

aceto cum iam nil restaret agendum vel  
implendum clamans voce magna spiritum  
emissit. inueniens quod quod diu voluit vires  
sibi retinuit. et quod nullus animam suam  
a se tolleret nisi ipse eam poneret. **V**n  
precipue centurio ex hac voce motus  
dicebat **V**ere filius dei erat iste. **E**t h  
confidera quali forma christus passus  
est ut eum studeas imitari. Passus est  
enim sicut verus agnus. liberalissime re  
spectu proximi. seuerissime respectu  
sui. obedientissime respectu patris. pru  
dentissime respectu aduersarij. **S**tude  
igitur ad habendum habitum secundum ef  
figiem imitacionis christi scilicet benigni  
tatis seueritatis humilitatis et perspi  
cuitatis.

**P**articula quinta. // **Ca. xxxviij.**

**O**ssa latronum et crura confringuntur  
christi autem os non minuitur  
ut propheta integra seruetur. **L**atus

eius vñtus militum aperuit vñde san-  
guis et aqua exiuit et sacramenta ec-  
clesie cōsecrauit . Velum templi scin-  
ditur . Sepulchra mortuorū aperiuñt  
vt inde in die resurrectionis cum xp̄o  
resurgerent . // **Hic** considera quāta  
p̄ te passus est christus et ex omnib⁹  
predictis montē mirre ascende id est  
totā passionē christi et amaritudinū  
acerbitatem reuolue . **Passus** est enī  
christus iniuriam cōuicia ludibria sup-  
plicia . **Sic** et tu christi passionem imi-  
tando amplectere p̄ eo omnē passio-  
nem plenā iniurijs cōuicijs ludibrijs  
et supplicijs .

**Qualiter deuotus in suis ascensio-  
nibus passionem christi debet dirigē  
vt p̄ timorem ascendat p̄ spem profi-  
ciat . per caritatem deo inhereat et  
intellectus illumineē** Cpl. xxxvii .

**S**I vero plenius vis scire quomō  
passio christi generat dolorē et  
ita p̄ficiat in prima ascensione. quomō  
timorem incutit et ita iuuat in primo  
gradu scēde ascēsiōis. si vis scire quō  
spem eleuat et caritatem auget intel  
lectum illustrat et affectum informat  
debes diūlgēter in christi passione et  
morte inuestigare et inquirere septē  
veritatis illuminacōnes quaz cogitio  
ante christi passionē admodum erat  
occulta sed in passione velū est scissuz  
et veritas reserata vt de hys dici pos  
sit illud Apoc. Aperta sunt signacula  
eius septem. Si igitē vis te exercere  
ad timorē si vis erigere ad spem. res  
pice primū signaculum in xp̄i passione  
reseratū Est autē signaculū hoc. Deus  
āmirabil. de quo i passioe ostensū ē q̄  
ipse sit sūma sapiā q̄ tā prudēter diabo  
lū decepit. nō at p̄ iimitā potēciā suā

violenter oppressit. Secdo ostensum ē  
in passione q̄ ipse sit summa iusticia  
inquantū quesuuit redemptōnis p̄cū  
Tercio ostensum est q̄ ipse sit summa  
misericordia in eo q̄ p nobis tradidit  
filium suum v̄nigenitum Si ergo vis  
te exercere ad timorē . quōd magis ti  
mendū q̄ q̄ deus est summa iusticia  
qui elegit subire mortē potius q̄ iusti  
cia sua relinqueret peccatū originale  
inultum. Si iterum in christi passiōe  
vis te exercere ad timorem spem et  
caritatem diligenter lege apertū sig  
naculum scdm qd̄ est Spiritus intelli  
gibilis qui manifestatus est p̄ christi  
passionem esse maxime benignitatis  
et hoc quantum ad angelos qui dñm  
suum pmiserūt crucifigi . Secdo mani  
festatum est q̄ sit eximie dignitatis .  
et hoc quantū ad homines p̄ quibus  
christus fuit crucifixus . Tercio mani



festatū est q̄ sit maxime crudelitatis .  
et hoc quantū ad demones qui eū cru-  
ciferunt . Si igiē vis timorē incutere  
cogita q̄ aduersarij tui tam sunt cru-  
deles q̄ nec christo dño peccerūt sed  
temptauerūt et crucifigi fecerūt Vtiq̄  
non p̄cent tibi . hic temptando et in fu-  
turo si p̄merueris puniendo . Si vis  
spem erigere cogita q̄ illi spirit⁹ an-  
gelica tante sint benignitatis libenter  
orōnes tuas ad celum deferent et p̄ te  
domino supplicabūt . Si vis ad amorē  
inflammari . cogita q̄ christus tantū te  
reputauit tantūq̄ amauiit ut p̄ te re-  
dimendo voluit crucifigi . Si incipias  
ascēdere a concupiscencijs et delectat  
te presens seculum neq̄ lege aptum  
signaculum tercū qd̄ est mūdus iste  
sensibilis . Nam ipse in morte christi p̄-  
bat esse locus tenebrarū in quo regnat  
creatas . q̄ lucem veram nō cognouit

In quo regnat sterilitas. qz christum  
infructuosum reputauit. Impietas.  
qz innocentem christū cōdemnauit.  
Et ita huiusmodi speculacōne mens  
tua auellitur ab amore mundi. // Si  
vero vis plenus cōr tuū forsitan infir-  
mū oblectamentis mundi abstrahere  
exerce te in passiōe christi. lege aptū  
signaculum quartum qd est infern⁹.  
qui manifestat⁹ est esse p christi mor-  
tem plenus omni egestate vilitate et  
paupertate. Quomā si hęc christus pas-  
sus est ppter peccati delectōem multo  
magis damnati hęc patiētur ppter ius-  
tam operum retribucōnem. // Item  
si vis cōpunctionem ex timore conficē  
de peccatis tuis vt p eam a concupiscen-  
tijs libereris. lege signaculū quintū  
in passione referatum id ē reatum cul-  
pabilem. qui ex hoc mirabiliter pbat⁹  
deo detestabilis q ad sui remissionem

indigeat tamen magno precio. tam grandi  
vi piaculo. tam difficili medicamento  
**¶** Item si vis cor tuum ab amore mundi  
aliquantulum sepatum sursum per spem  
erigere. lege signaculum sextum aptum.  
id est paradysum desiderabilem. qui ex  
passione aperitur. et monstratus est  
esse locus plenus glorie leticie et opu-  
lentie. in eo quod christus propter eius re-  
stitutionem factus est vilis pauper et  
miser. **¶** Item si vis te accendere ad cordis  
puritatem et ad exercitia virtutum. lege  
aptum signaculum septimum quod est vir-  
tus laudabilis. et inuenies in morte christi  
quod sit virtus preciosa speciosa et fructu-  
osa. **Preciosa.** quia christus ante voluit  
perdere vitam temporalem quam contrariari  
virtuti. **Speciosa.** quia in contumeliis  
relucebat. **Fructuosa.** quia vnus perfectus  
actus virtutis infernum spoliavit. celum  
aperuit. perditum restauravit.

**De resurrectione dñica. Ca. xxxix.**  
**C**irca aut̄ die christ⁹ victor mor-  
tis resurrexit et nos resurrectione  
eos monstrauit. Si igit̄ christo passo  
fuiſti cōpassus nunc resurgenti cōgau-  
de. Cogita deuote qualiter anima xp̄i  
ad infernū descendit. quid ibi egit et  
de gaudio sanctorū patrum et tristitia  
demoniorū. Cogita de timore custodū  
Cogita de custodia angelorū cca sepul-  
crum quorū nunc refertur vnus solus  
sedere. nunc stare. nunc sup lapidem.  
nunc in sepulchro. nunc duo et h̄ di-  
uersimode. p̄ qđ ostendit̄ multitudo  
angelorū cca sepulchro et varia visita-  
tiō mulierū Cogita quō amor et deside-  
riū magdalenā et alias feias frequē-  
ter cogebat currere et sepulchrū dñi  
visitare. Cogita de varis christi appa-  
ricōibus. Cogita de dulcib⁹ eius col-  
loquijs cū discipulis. Cogita aut̄ xps

in galilea voluit apparere nisi vt tu de  
beas de vicis trāsmigrare Vñ pascha  
dicat transitus. Sed et in galilea. id ē  
transmigracōne et mutacōne corp̄m  
nostroz id ē in regno celoz christum  
videbim⁹ post gnālem resurrectionem

De gloriosa ascensione xp̄i. Ca. xl.

**P**ost quadraginta dies resurrec  
tionis ascendens xp̄s in altū cap  
tiuam duxit captiuitatem sanctorz pa  
trum Meditare de gloriosa p̄cessione  
ascendentū cum christo. Nam sancti  
sequebant̄ angeli veniētes obuiabāt.  
et tūc inter se questiones illas forma  
bant. de quib⁹ **I**sayas. Quis est iste  
qui ascendit ꝛc. **C**ogita de tristitia  
apostolorz et gaudio. **C**ogita de ange  
lis redeuntibus et apostolos cōsolanti  
bus. **D**isce et tu ascendere ad christū  
sed p̄ ascensiones p̄us dictas vt relin  
quas hic vicū q̄ nullū vicū ascēdit

am saluatore vt dicit Augustin⁹ .

De missione sancti spiritus .

Capl . xli .

**Q**uoniam de celo domin⁹ in linguis  
igneis misit spiritum sanctum .  
Vide quomodo deinceps fuerunt apos-  
toli confortati et in caritate fundati .  
Meditare cur spiritus sanct⁹ in igne .  
cur in linguis et cur in vtrisque simul .  
et cur in alijs caturis apparuit et stu-  
de proprietates talium rerū in te habē .  
Cogita effect⁹ et dona sancti spirit⁹  
et multa similia circa spiritus sancti  
missionem .

Quod perfecte in hac vita nullum de  
premissis tribus gradibus possumus  
consummare . Capl . xlii .

**I**stis tribus gradibus ad purita-  
tem cordis et caritatem ascendi-  
mus . In primo siquidem deum queri-  
mus sed nō inuenimus per seruicam

videlicet caritatem. In secundo circūeiu-  
tes plateas celestis iherusalem et in ta-  
bernaculo eius offerētes hostiā vni-  
uersalis magis desiderij inueniūt nos  
vigiles qui custodiunt ciuitatē. sancti  
angeli scilicet. quos p̄ spem et deside-  
rium contēplamur. Sed nec est ibi  
quiescendum sed adhuc ascendendum  
Paululum inquit tū p̄transissem eos  
id ē ad tertium gradum ascendissem  
inueni quē diligit anima mea. Itaq;  
in primo mundi cōcupiscencia deserit.  
In secundo mens superius subleuatē. In  
tercio quiescit in deo quiescit. Nec tū-  
pentes q̄ aliquē istorum graduū vsq;  
ad summū vel p̄fectum in hac vita pos-  
simus ascendere. Nec em̄ in hac vita  
possum⁹ oēs cōcupiscencias expurgācē  
tū neq; ipse paulus p̄ficere inuenit id ē  
p̄fectionē q̄ est in nō cōcupiscere scdm̄  
Aug. S; nec q̄ diu viuim⁹. possu⁹ oēs

affectiones sursum leuare quin aliq̄d  
remaneat in terra . Corpus q̄d corru  
pitur aggranat animā et deprimit ter  
rena inhabitatio sensum multa cogi  
tantē . Sz multomin⁹ possum⁹ tā puri  
et idonei fieri vt possimus iugiter deo  
adherere . Quomā quā diu sumus in  
corpore peregrinamur a deo . Sed isti  
sunt gradus et p̄fectus quib⁹ nostra  
fragilitas ascensiones debet disponē  
et successiue quantū poterit proficere  
ascendendo .

De tribus quib⁹ sustentat̄ et p̄mo  
uetur sp̄itualis ascensio . scz lectione  
meditacōne et orōne . // Ca . xliij .

**U**erum qz non est humane fragi  
litas cordis semp̄ insistere ascē  
sionibus ⁊ sp̄ualibus affectionibus ⁊  
exercitijs . et difficile est ascēdenti nū  
q̄ descendere nisi habeat in quo fati  
gat⁹ requiescat . nisi abū seāt habeat



quod sustentet in via Ideo sicut supi<sup>9</sup>  
designatis tribus descensibus triplicē  
possum<sup>9</sup> discussionem p ipsor<sup>9</sup> descen  
suum pleniori habenda noticia Ita iā  
erecta scala ascensionū tria assignem<sup>9</sup>  
sustentamēta in quibus requiescere  
valeas fatigatus quibus possis te refi  
cere deficientē in via . Sunt autē tria  
ista **Lectio** . meditatio . oratio . His tri  
bus imitatur et pfiatur omne spūale  
exercitiū . Nec sunt quodāmodo ab<sup>9</sup>  
in via . Quomā sicut deus dedit corpi  
panem vinum & c̄ ad sustentacōnem  
suam ita pmissa tria contulit deus aie  
in hac peregrinacōne p sua refectiōe  
vt dicit Augusti<sup>9</sup> . Lectio aut magis  
ptinet ad primū ascensionis gradum  
quī in timore pfiatur . Rā lectio scdm  
hugonem ad impiētes ptinet q̄ vtiq<sup>9</sup>  
in primo gradu a timore cōcipiunt et  
pturiunt spiritū salutis . Meditatio

magis spectat ad secundum gradum: id est  
perfectiores qui iam lectionibus instruc-  
ti sciunt secum in corde suo deambulare.  
Oratio vero quibus ad omnes spectet  
ascensus. precipue tamen et proprie ip-  
sis congruit qui in tertio ascensionis  
gradu incipiunt deo adherere. Est enim  
oratio hominis deo adherentis affectio  
et familiaris quedam et pia allocutio.  
Sed videamus quomodo ista tria nos  
in ascensionibus premissis promouent  
et adiuuant et sustentant si debite di-  
rigantur et discrete assumantur.

Qualiter sacra lectio adiuuat et  
sustentat ascendentes et qualiter sit ad-  
perfectum spirituales ordinanda et di-  
rigenda. // Capl. xliii.

**I**gitur timore percussus et concupiscentie  
depressus. affectu quoque  
et desiderio ascendendi inflammatus  
lectionem tibi arripe ad tuum perfectum. ita

videlicet vt te semp ad ascendendum  
admoneat ad pficiendum hortetur .  
vt quicquid legis ad ascēsum purita  
tis et caritatis tibi proficiat . vel viam  
ascensus per sancta opera et exercitia  
ostēdendo . vel affectum tuū ad ascen  
dendum inflāmando . timorem incuti  
endo vel p spem subleuando . Itaqz  
vt quidam ait **C**ristiano philosopho  
lectio amonitio debet esse non occupa  
tio . **D**oc autē facile fiet si scdm doctri  
nam **A**ngustini iniquū cū volueris legē  
sit timor dñi . si videlicz timor intencōez  
et affectum tuum regulet vt non nisi  
pfectum q̄ras spūalem ad cordis puri  
tatē . et sicut ille scūs anthom⁹ de quo  
refert gregorius in . iij . dialogo . non  
queras scienciā verborz sed fletum cō  
punctionis inquiras q̄tenus per hoc  
excitata mens tua inardescat et ima  
deserens ad celestia bona tendat .

**//** Sane ut tibi lectio p̄ spūali ascensu  
sit fructuosa multa sunt tibi attenden  
da. videlicet quid legis . quādo legis  
quomodo legis . et ad quid legis .

**Quid legis .** Non em̄ leges omnia q̄  
uis etiā vtilia eque p̄ficiunt ascendēti .  
**Vnde illarū scripturarū lectionib⁹** ma  
gis debes incūbere q̄ tuū affectū ma  
gis inflāmant ad spūitualem p̄fectū  
et ascensum quā q̄ in rebus difficilib⁹  
et curiosis illuminant intellectum et  
acuunt curiositate; sicut sunt materie  
disputabiles . **Lectio etiā difficilium**  
scripturarū nō rehat animū teneriorē  
sed nō nunq̄ frangit eius intentionē  
**Illos autē libros preapue debes legē**  
qui vel instruunt te de moribus de ex  
tirpacōne et natura vicioꝝ de exerci  
cijs v̄tutū et spūali p̄fectu . vel illos  
qui in te augent deuotionem et inflā  
mant affectum ad xpm̄ et ad celestia

**E**t si interdum alios legeris quibus ex  
causa statim debes redire ad materi-  
as deuocōnis . Quale enim habes cō-  
tinuū studium in scripturis talem tibi  
formas affectum . tale sentire . et talia  
sepe meditaris . Scōdo debes attendē  
quādo legis . Lectio em̄ vt sit fructuo-  
sa non debet esse ex abrupto et casu  
fortuito sed tēpore et hoc fixo . Homo  
p̄cipue debet diligenter animū ex sac-  
lectione reficere vt habeat vt in suis  
exercitijs cum melius nō occurrit me-  
moriam occupet . Itaq; lectio nō nos re-  
tineat in se occupatos sed vltius di-  
rigat ad deuotas meditacōnes et spi-  
rituales orōnes . et ille sua dulcedine  
et affectōne . dirigant vltius in op<sup>9</sup>  
et seruent delectabiliter opantes //  
**T**ercio debes attendere quō legis .  
Sunt em̄ qui librū ex toto ante par-  
runt anteq̄ incipiant . Alij nunc vnū

folium student in principio statim de  
inde aliud folium in medio vel in fine  
et sic casualiter percurrunt. **F**astidietis  
autem stomachi ut quidam ait est multa  
de gustare quod ubi varia sunt et diuersa  
inquinant non alunt. **T**u vero integrum  
librum tibi elige qui proposito conueniat.  
mores informet. deuotionem augeat.  
queque timore domini ut dictum est precedente  
a principio usque ad finem congrua de  
uotione et debita reuerentia debes stu  
dere. **Q**uarto debes aduertere ad  
quod vel propter quod legis. **E**t certe prin  
cipalis intentio tua sicut in omnibus exer  
citijs debet esse puritas cordis non va  
nitas. non tantum ut scias sed multo  
minus ut sciaris sed ut tibi proficias et  
alijs pro tuo modulo. **D**ebes igitur ut in  
mediatius lectionem ad puritatem refer  
ras semper aliquod de lectione extrahere  
quod tuo proposito conueniat. quod memoria

occupet. qđ te ad p̄ficiendū amoneat  
vt sis animal mundū qđ osueuit rumi  
nare. Sz et alios fruct⁹ potes in lectio  
ne querē vt scz nūc legendo. nunc orā  
do nūc opando exercitia varies. et te  
diū mēt⁹ deuites et ita te teneas sta  
bilem. **S**tude ergo in oib⁹ q̄ osueue  
ris exercē delectationē aliq̄ inuenire  
**D**electatio em̄ seruat operantē in ope  
**T**ime in oib⁹ tediū mentis. **E**t hic dz  
tibi esse vnus in omnib⁹ finis vt te ser  
ues pseuerantez delectabilē in tuis  
opacōnibus et exercicijs. **I**tē vt lecti  
onē immediate dirigas ad puritatez  
sepi⁹ lectionē orō interrumpat vt de  
lectōne formes affectum et de affectu  
surgas ad orōnem. **H**ec de lectione.

**// De modo meditando. Ca. xlv.**

**M**editatio vero dicitur cum ea q̄ le  
gisti vel audisti studiosa rumina  
tione in corde tuo diligēter p̄tractas

et per ea affectum tuū circa aliquod  
certū inflāmas vel illuminas intellē  
tum Itaq; ascendens et iam in spe p  
ficiens frequēter in corde rumina p̄ci  
pue q̄ te ad p̄fectū iuuant puritatis q̄  
timorem incutiunt vel augeant amorē  
**V**t autē meditacōes tue tibi sint fruc  
tuose et vt faciliē assuescas bonis me  
ditacōibus duo debes diligēter cō  
siderare. **P**rimū est vt animo tuo de  
quibusdā vtilibus materns p̄uideas  
quibus intentus p̄ficiat et fructuose  
occupetur. **S**iquidez vt aiunt sancti.  
anima tua est sicut mola quicquid ei  
imponit molit. si nil imponitur se cōsu  
mit et vanis et ociosis implicatur. **S**i  
autē nil certū vel determinati ad qd̄ vt  
lioribus non occurrentibus recurras  
tibi p̄figas. necesse est te q̄buslibet  
rebus occurrentib⁹ aditū in te p̄bere  
**F**acile em̄ cor tuū q̄buslibet occurren



tibus adheret si nō intense alicūi sit af-  
fixum. Sed et si nō habeas aliquid ad  
quod recurreris sepe pponis deuote me-  
ditari et anteq̄ occurrat vnde medite-  
ris perit ppositum voluntas negligit̄  
et rursus inanis oiosa. Que autem  
materie tibi sint vtiliores ad meditan-  
dum et pficiunt tibi ad ascēsum. supe-  
rius audiūsti. Sunt em̄ memoria pec-  
catorū tuorū. meōria mortis extremi  
iudicij penarū infernalium. memoria ce-  
lestis glorie beneficiorū dei et passiōis  
dñice et si q̄ huiusmodi. Has etiā me-  
ditacōnes scdm̄ tpa poteris variare.  
illas assumendo q̄ tēpori congruūt et  
p tēpore deuocōm̄ magis deseruiunt.  
vt tempore quo pagitur vel recoliē in  
ecclesia memoria dñice passiōis. tu-  
te ecclesie cōforma meditationes tibi  
formans amaritudinū et passionum  
xp̄i Sic facto et in alijs festiuitatibus

precipuis ecclesie. ut circa materiam  
festi versetur tuū exercitiū iuxta consi-  
lium beati bernardi. ¶ Scdm est qd licz  
homo omni tpe. omni hora p sua fra-  
gilitate miti debet ut animā suā reple-  
at sanctis meditacōnibus et spiritua-  
libus ac deuotis affectiōnib⁹. consilio  
tamē beati **I**eronimi debet sibi ipsi hō  
aliquas horas deputare quibus singu-  
larius animā exerceat. scopendo quo-  
dāmodo spiritū et incalefaciendo ad  
spirituale desiderii. **A**d hoc autē scdm  
**I**eronimū maxime conueniens est hora  
matutina. **U**ac em̄ hora homo magis  
est sobrius et ad spirituale exercitiū  
melius dispositus et nec dū inuolut⁹  
mundanis tumultibus. **U**ac igit̄ hora  
homo debet precipue miti ut se excitet  
in aliq̄ deuocōnem. quoniā frequenē  
homo per totam diem in tali desiderio  
remanet ad quale se de mane excita

uit. **T**unc igitur homo summo conamine studeat aliquā deuocōnem a domino petere. vel p̄ deuotū exercitium ipse studeat in corde pouēre deuotis meditacōibus se exercendo et se preparando ad matutinas suas legēdas vel decantandas. **S**imiliter faciat de respere antequaz vadat dormitum. **T**unc em̄ in horrore visionis nocturne quando solet sopor ceteros homines occupare ipse diligentius studeat venas diuini susurr̄i p̄cipere. orans dñm post cotidianam examinacōnem quaz tunc facturus est vt indulgeat q̄ male egit. et gratias agat de hys q̄ laudabiliter adimpleuit. **S**ed et contra timorem nocturnum. tunc acrius per affectus puros p̄ oraciones deuotas se armabit. **E**t si sacram scripturam tunc legeris sit lectio tua p̄cipue de materia aliqua deuota et non de

vetteris testamenti historia. sicut cōsu-  
lit beatus **Benedictus**. q̄ autē dictū  
est de meditacōibus vt certis t̄pib⁹  
singularius exerceant̄ id idem multū  
expedit in omnib⁹ exercitijs vt scias  
quā vnūq̄q̄ sis arrepturus et quādo  
ad aliud te versurus. vt habeas t̄pa  
orandi tēpora legendi vt omnia fiant  
ordinate Vnde beatus **Augustinus**.  
**O**ptima est gubernatio vt omnia suis  
tēporibus distributa gerant̄ ex ordiē  
ne animū humanū turbulentis impli-  
tacōibus inuoluta pturbent.

De orōne et modo orādi. Ca. xlii.

**O**racōnem vero quocūq̄ p̄gis  
vbicūq̄ fueris. in domo in agro  
ip̄am tecū sume. ad ipsam semp habe  
refugium et recursum. // **D**ebes autē  
circa orōnem q̄tuor attendere **P**rimo  
de affectu oracōnis. qualem videlicet  
orandi debes affectū induere et q̄lem

modum orandi assumere. Secdo q̄les  
orōnes .breues an plixas debeas legē  
**Tercio** p̄ quibus debeas orare. **Quarto**  
quomodo te habebis in oracōne et de  
attencōne mentis in orōne. De p̄mo  
igiē scias q̄ vigor orōnis et virtus sur  
git ex affectu orātis .magis em̄ audit  
deus desideriu cordis q̄ clamorē oris .  
**Itē** semp affectū aliquē et desideriu  
tibi assumes et indues scdm̄ modum  
exercitij vel meditacōnum quibus p̄  
tēpore occuparis .vt semp oratio tua  
p̄cedat de radice cordis non tantū ex  
labijs oris p̄cedat semp vel ex affectu  
timoris .meroris dilectionis amiratio  
nis cōgratulacōnis &c̄ . **Vnde** breuē  
vt modū habeas scdm̄ predicta. Si te  
in p̄ma examinacōne discussis et in  
ueneris peccata tua multiplicata sup  
numerū arene maris . forma in te af  
fectū huilitatis vel meroris et assume

psonam serui qui dominū suum offendi  
dit et ex tali affectu forma oracōnem  
dicens . **S**cdm multitudinē miseratio  
nū tuarum dele iniquitatem meam .  
**S**i in secūda et tercia examinacōne te  
discutiens inueneris cor tuū repletū  
malis cōcupiscencijs et viciosis deside  
rijs forma iterum affectū humilitatis  
et assume psonam infirmi aduocātis  
medicum et dic **S**ana domine animā  
meam qz peccaui tibi **I**te; **N**on est sa  
nitas in carne mea a facie ire tue nō  
est pax ossibus meis . **Q**uomā iniquita  
tes mee supgresse sunt caput meū et c  
**S**i te in scdo ascensu in timore p medi  
tacōes mortis vel iudicij vel infirmi ex  
erueris . assume affectum timoris et  
assume psonā rei astantis corā iudice  
cum timore et tremore quasi iam con  
ria. vtputa visitare infirmos vel cer-  
te monasterium cōstruere in quo ma-  
lus et accidiosus discipulus peior ma-  
gister et rector efficiatur. **I**taq; vo-  
lens accidiā legitime deuincere. ante  
omnia locum tuum ne deseras. **N**am  
quanto locum plus mutaueris tanto  
magis erit mens tua in exterioribus  
vaga. in spiritualib⁹ accidiosa **V**nde

**Berndus.** Impossibile est animū fide  
liter alicui vni affigere qui non prius  
alicui loco pseuerāter affixerit corp⁹  
suū. Cumq; egritudinē animi de loco  
ad locū fugere nititur sic est sicut qui  
vmbra[m] corporis sui fugit. Quanta  
etiā mala ex hoc veniant q̄ quis sua ex  
ercitia leuiter mutet dictum est supra  
" **Filie accidie sunt sex scdm Grego.**  
scz malicia id ē voluntas machinandi  
mala. desperatio. pusillanitas. rācor  
id ē odium inueteratū. torpor circa p̄  
cepta dei. euagatio mētis circa illicita  
**Compunctio** si accidiosus eā acquirē  
posset valde valeret contra hunc mor  
bum **Climacus.** Qui luget seipm nō  
nouit accidiā **Idez** Ligeť iste tirānus  
memoria offensionū et delictorū et pau  
tiatur opere manuū et trahať intēta  
et attenda meditacōne futuroꝝ bono  
rum. **Itē** contra tedium cordis multū

valet varietas actōnis vt nūc homo  
oret nunc legat donec affectū aliquē  
concipiat. et cogat se in hys operib⁹  
quibus maxime attēdiat. **V**er si homo  
strēnuus et seuerus et benign⁹ fuerit  
in suis deuotis exercitijs et sanctis opi  
bus. et diutius se pseuerant in talib⁹  
exercitauerit iam tandem incipit spe  
rare. et affectū caritatis incipit dila  
tare et quodāmodo estuare ad deum  
vt quasi sine ipso viuere non possit co  
artatus desiderio dissoluēdi et esse cū  
christo. **E**t hic est tercius gradus cari  
tatis dei q̄ accidia superat. **T**risticia  
aut mala est duplex. **D**icitur em̄ q̄nqz  
tristicia ḡnāliter put est circa omnē  
passionem et tūc valde difficulter cō  
prehendit̄ eius origo. **A**lio modo est  
quidam torpor et grauitas tediosa in  
spūalibus. et tunc potest cōprehendi  
sub accidia. et cōtra eam ascenditur

per gradus caritatis dei. Nam actus  
caritatis est gaudium. // Remediū con  
tra tristitiaz si est ex desperacōne me  
moriam benignitatis et misericordie dei  
et intuitus beneficiorum eius. Itē qd hō  
sit libēter in bona societate ubi de deo  
loquūtur vel materia spirituali. Itē  
illud Jacob. Tristat aliquis in vobis  
oret equo animo et psallat. De bona  
tristitia satis patet ex dictis de cōpun  
ctione.

Ascensionēs cōtra vanam gloriā  
extinguendam. Ca. lxxj.

**Q**ontra vanam gloriā nulla vir  
tus est contraria. ideoq; p nullā  
virtutē possum⁹ contra eam ascendē  
vel gradus ad deuincendum ordinare  
Ipsa em magis ex virtutib⁹ generat̄  
ex bonis operibus roboratur. Ipsa em  
p̄mo pulsat in carnalibus. in vestib⁹  
in parentibus. in dignitatibus &c.

Et quē hōc mō superare non potuerit  
per humilitatez supplantat. Quocūq;  
piceris hunc tribulum semp stat acu  
leo recto. quicquid feceris quicquid  
egeris ipse se immiscet et cor tuū ad  
vane gloriandū instigat // **F**ilie vane  
glorie sunt septem. scz inobedientia.  
cōtricio. iactancia. ipocrisis. ptnacia  
discordia. nouoz p̄sumptio seu inuen  
tio. Itaq; et si nō habem⁹ aliq̄ specia  
lem v̄tutē qua vanā gloriā debellare  
possimus. ascensionēs tamen maxime  
cōtra eam sunt necessarie // **S**it igiē  
p̄mus gradus et ascensus cōtra eā vt  
homo diligent̄ et sūmo conamine stu  
deat ne aliq̄ glorie vane intencōne  
incipiat. vt custodiat os ne loquatur  
vnde laudem acquirat precipue talē  
intencōne et precogitacōne. Similiē  
caueat talia opera agere vnde singu  
lariter possit laudari vel apparere &c.

Illum aut gradum facilliter ascendit  
si studiose in corde ruminauerit q̄ q̄c  
quid tali intencōne inceperit et pege  
rit q̄ nō solum nullū premiū recipiet  
sed et penam magnā habebit. Vnde  
diligenter recogitet illud Amen dico  
vobis receperunt mercedē suam. Sed  
et illud. ps̄. Quomā deus dissipauit  
ossa eorū qui hominib⁹ placent confusi  
sunt quomā deus spreuit eos. Item si  
adhuc hominibus placere xp̄i seruus  
nō essem. " Scd̄s ascensus est q̄ sicut  
homo cauet ne bona sua agat vt vide  
atur vel appareat hominib⁹ ita sūmo  
studio caueat ne se vana gloria in me  
dio adiungat et sacrificiū maculet.  
et q̄ homo semp studeat illa āplecti ī  
quibus deprimi vel vilipendi possit et  
abiciat omnia illa in q̄bus possit oriri  
gloria et honor. Sed et ipsa vana glā  
vt ab hoc ascensu deceptorie trahat.



frequenter nō violenter sed fraudu-  
lenter hominē deiciat id ē aliquādo sug-  
gerit aliqd magnū arripiendum non  
intencōne glē sed zelo dei. Verbi grā.  
**S**uscipe officiū predicationis . presbi-  
teratus vel diaconatus ordinē vt pos-  
sit dño animas lucrari et alijs formā  
prebere vite exemplaris sed est appe-  
titus vanus et repellend⁹ . Nā eo ipso  
homo ad talia indignus efficitur si ex  
appetitu ad talia afficiat. Vnde beat⁹  
**G**regori⁹ . Sicut is qui iniūtatus ren-  
nūit quesitus refugit est sacris altari-  
bus admouēdus sic qui vltro ambit  
vel iportune se ingerit est pculdubio  
remouend⁹ . Vide notabile exemplū  
de quodaz . hoc morbo decepto in . xi . li-  
bro de institutis cenobioꝝ cassiani .  
|| Tercius ascensus est altus et non  
multi ad eum ascēdunt . Est autē . qñ  
homo vanitate iam sufflata et deiecta

adeo diligit abiectiōem et despectū  
mundi vt nō nunq̄ coram multitudi  
ne aliqua faciat vel agat q̄ sunt ad ig  
nomina miserabiliter cōsummantia  
ex amore abiectiōis et appetitu igno  
minie .

De descensionib⁹ contra supbiam  
debellandam // Ca. lxx.

**N**unc vltimo ad thronū vbi sup  
bia sibi sedem collocauit necesse  
est ascensiones disponere et inde ipsā  
superbiam viciorum reginam ad mo  
dum iezabel regine deorsum precipita  
re Oportet aut̄ contra eam ascendere  
per gradus humilitatis. Quorū prim⁹  
est q̄ homo in veritate cognoscat seip  
sum esse infirmum. inopem boni vicio  
sum et si quos alios habet defectus et  
non eleuet se super se. Qd̄ si interdū  
temptacōne victus fecerit. seipsum re  
darguat et castiget. // Sed ab isto

gradu retrahere mittitur ascensorē du-  
plex supbia. videlicet carnalis et spiri-  
tualis. Nam carnalis homines decipit  
et suggerit ei quod sit melior quam est in  
veritate propter scientiam. propter diuitias  
propter parentum dignitatem vel quod  
cumque huiusmodi et non permittit homi-  
nem seipsum et propriam vilitatem in ve-  
ritate cognoscere. Signa autem per que  
istam carnalem superbiam in te vel in  
alio poteris agnoscere secundum Cassianum  
sunt ista Inest primitus in loquela cla-  
mor. in taciturnitate amaritudo. ex-  
celsus et effusus in leticia risus. irracō-  
nabilis in seueritate tristitia. in repre-  
hensione rancor. facilis in sermone. verba  
passim sine vlla cordis grauitate eru-  
pencia. expars paciencie. caritatis alie-  
na. audax ad contumelias irrogandas  
ad tolerandas pusillanimis. ad obediē-  
tiam difficilis. ad recipiendam exhortaciones

implacabilis . ad refecandas suas vo-  
luntates infirma . semp qꝫ suas diffini-  
cōnes statuere ostendēs . incapax con-  
silij effecta . id ē in omnibꝫ suo potius  
credit qꝫ seniorum consilio **V**t autem  
hanc carnalem supbiam deprimēs ad  
primū predictū ascendas humilitatis  
gradū . necesse est . vt prius humilita-  
tem veram fratribus tuis intimo cor-  
dis exhibeas affectu in nullo acquies-  
cens eos ledere vel cōtristare . **I**tez vt  
continuo te exerceas in humilibꝫ ope-  
ribus et despectis officijs vtputa ī co-  
quīne seruicij vel necessarijs . domū  
scopando vel scutellas lauādo . humili  
et abiecto habitu tamqꝫ pauper ince-  
das ⁊ c̄ . **I**tez humiles mōres et verba  
habere . nouissimū locū eligē vocabu-  
la iactātie deuitare sicut vocari rabbi  
vel dñe ⁊ c̄ et nihil omnino iactancie  
pponere . **I**tem horam mortis nostre

semper ante oculos habere **H**ec et hys  
similia cum in consuetudinem venerint me-  
tem ad humilitatem inclinant et tumo-  
rem eius depressum. **E**st autem alia sup-  
bia spiritualis quam mentem intumescere  
facit et supra se eleuat quasi de multis  
suis virtutibus et magnis meritis quam sibi  
attribuit. vel se specialiter habere glori-  
am. vel sibi a deo vel propter sua merita  
data arbitratur. **E**t hec est multo pe-  
riculosior quam vitia carnalia. **N**ullum est  
aliud vitium quod ita omnes virtutes ex-  
haurit cunctaque iusticia ac sanctitate  
hominem spoliat atque denudat quem ad  
modum hoc superbie malum. et in vir-  
tutum iam fastigio collocatos graui-  
sima ruina deicere ac trucidare solet.  
**S**ed ut etiam hunc tumorem internum dep-  
mas et ad prefatum humilitatis gradum  
ascendas debes in omnibus virtutibus  
in omni profectu in omnibus bonis operibus

ex toto corde et ex sententia dicere et  
sentire. **N**on ego sed gratia dei meū.  
et **G**ratia dei sum id quod sum. et **D**eus  
est qui opatur velle et perficere pro bona  
voluntate. **I**te; diligenter considerare  
propriam vilitatē. diligentē impedire quod  
bona mentis tue non sunt tua sed dei dona  
et de ipsis ratione redditur. mala  
vero tua ipsa sunt tua et pure mala et  
ex pluribus et instantibus grauius et gra-  
uissimis supplicibus digna. **B**ona nostra  
sunt pure bona sed multipliciter imp-  
fecta. **R**egligentia tepiditas. hypocri-  
siana gloria et adeo sepe bona nostra  
conspiciuntur ut et nobis parum sint me-  
ritoria et deo minus accepta. **I**te debes  
frequenter superiores et meliores te  
attendere tam homines quam ipsum dominum  
Iesum christum qui ait. **D**iscite a me  
quod mitis sum et humilis corde ut sic ali-  
orum conspunctione vilescas tibi metipso

**//** Nec autem cum homo diuicijs acti  
tauerit et in hys diuicijs se exercuerit  
incipit seipsum qualis est in veritate  
agnoscere. Verum si affectuose se in hys  
exercuerit et perseueranter in eis perma  
nerit ex tunc incipit affectum induere  
vt qualem ipse se cognouit vilem in  
opem et in primo ascensu. talem etiam  
immo potius viliozem quam meliozem.  
nisi inde scandalum proximo oriatur  
desiderat se ab alijs reputari quantum  
in ipso est. Et hic est secundus ascensus  
et secundus gradus humilitatis. **//** Tercius  
vero gradus et ascensus est cum homo  
per humilia exercitia et veritatis cog  
nitionem talem induerit humilitatis  
affectum quod etiam in magnis virtuti  
bus et sublimibus donis non extollitur  
et nichil sibi ex ipsis blanditur. totum  
eia quo omnia bona sua recepit re  
fundens et in integrum restituens. **z**

Talis fuit humilitas xpi . talis etiã est  
humilitas angeloz et sanctorz in glã .

**I**ncipit quarta pars de descensionibus  
spiritualibus q̄ sunt in duplici dif-  
ferentia videlicet ad seipsum et ad pri-  
mum . **Capl. lxxij .**

**H**uic dicitur . **V**idisti nunc o homo descensus  
quibus descendisti . id ē audisti  
qualiter ascensiones in corde  
debeas disponere et quibus exercitijs  
et gradibus ascendere . quomodo p̄ de-  
uotam oracionem debeas diuinum auxi-  
lium implorare . quale quoque sis p̄mũ  
recepturus . Et hec sunt illa quinq̄ q̄  
tibi in principio p̄ponebantur Sed qz  
diuina scriptura de hys ascensionibus  
alibi loquit̄ dicens **V**idit iacob scalã  
erectam et angelos dei ascendentes et  
descendentes in ea . miraris forsitan .  
quomodo in hys ascensionibus angeli



viri utiq; sancti descendunt. Nam qd  
ascendunt nō est mirandū. Quāuis  
autē hoc nō absurde possit intelligi qd  
etiā ipsi sancti viri qd diu peregrināt  
qd diu pregrauant in corpore qd a deo  
corrumpit non ita possunt continet  
indefinēter ascendere quin aliquando  
corruptibilitatis pondere grauati defic  
ant in ascensu et descēdant ad tēpus  
relaxando exercitiū spirituale. Aliē ta  
men sunt descensiones vtilēs et ad p  
positū magis cōuenientes quib; etiā  
viri ascēsores et viri spūales interdū  
p tempore ascensiones suas interrump  
unt et assumūt sibi vtilēs descensio  
nes. Vt aut breuiter has descēiones  
cōprehendas due sunt huiusmodi des  
censiones. Vna qua homo descendit  
ad seipsum. Secūda qua descendit ad  
proximum. et hec utraq; descensio est  
tribus gradibus subdistincta.

**De primo descensu quo homo descendit quantum ad seipsum de gradu superiori ad inferiorem .**

**Capl. lxxv.**

**P**rimo igitur homo descendit ad seipsum. cū verbi gratia . aliquis in altiori ascensu cōstitutus et ad sublimiorē gradum puect⁹ . interdum tñ descendit vt se pfectius in inferiori gradu exerçeat . ne semp supra ascendēs negligens amittat qđ inferius iam acquisiuit . Regē em̄ ita q̄s in hys ascensionib⁹ ad anteriora se debet extendē quasi nō esset penitus opus ad posteriora respicē sed ita debet ad anteriora se extendere et de virtute in virtutē proficere vt nequaquā negligat grad⁹ ad quos deuenit vel p quos ascendit . vt qđ iam obtinuit sūmopere studeat custodire . verbi gratia . Per timorem

prius fuisti compunctus et p medita  
tiones mortis tue . extremi iudicij et  
penarum inferni . et ml'ta bona egisti  
ac deinde remisisti ad spem . et memoria  
celestis glorie et beneficiorum dei dul  
tus te ad cōpunctionem amoris inco  
tasti . Nunquid iam timorem debes  
relinquere . nunquid iam ex toto me  
ditacōnes mortis et iudicij debes om  
nino postponere . Non ita . sed interdū  
per spem ad superiora debes ascen  
dere et ad celestem gloiam speculari  
vt eius pulchritudine alliciaris ad vl  
terius ascendendum . Interdum vero  
p timorem debes descendere et vani  
tatem mundi et breuitatem vite tue  
et acerbiter penarum infernaliū  
studiosius cōtemplari vt terrearis in  
ferius descēdere vt sic ante traharis  
p spem . a posteriori vero p timorē q̄si  
quodam aq̄leo pcedere et ascendere

compellaris . vt ita semp in tuis exer-  
citijs inter timorē et spem et caritatē  
ascendas et descendas donec ipsa ca-  
ritas fuerit pfectissima . foras mittēs  
timorē . ne videlicet in torporē vel secu-  
ritatem incidas aut presumptionem .  
**S**ic utiq; angeli . id ē viri sancti ascen-  
dunt in celum p affectū et desiderii .  
et descēdunt in abissum vel viuētes  
in infernū p diligentē cōsideracōnem  
**I**n quo tamen gradu amplius quis se  
debeat exercere discrecōne opus est  
vt discernat scdm pfectus status et  
cōdicōnes psonarū . Sic itaq; ascendē-  
do et descendendo vtrumq; pedē xpī  
cum maria amplecteris peccatrice .  
sic misericordiam et iudiciū cū ppheta  
dño decantabis . **A**d hos duos ascen-  
sus et descēsus omnia q̄ in scripturis  
sunt referūtue scdm Augustinum . vt  
videlicet . misericordiā ames timeas

potest atem. **V**nde ppheta sanctus in  
diuina locutione. hec duo se narrat so  
lumodo audiuisse. Semel inquit locu  
tus est deus duo hec audiui quia tibi  
dne est misericordia et tu reddis vni  
cuiq iuxta opera sua. ppter hec duo  
pphete. ppter hec duo omes sunt scp  
ture. **A**udi beatu Gregoriu hunc tibi  
ascensu et descendu recõmendantem  
**Q**uauis inquit securitati timor semp  
longe videatur abesse. nobis tamen  
nihil est securius q̄ sub spe semp timẽ  
ne incauta mens aut desperando se i  
vicijs deiciat aut extollẽdo de donis  
ruat. **A**n̄te districti em̄ et p̄ iudicis  
oculos quanto de se mens sub spe hu  
mili⁹ trepidat. tanto in illo robusti⁹  
stat **S**i ergo nõ vis vt veniat tibi pes  
superbie quo cadunt omnes qui ope  
rantur iniquitatẽ noli a timore pedẽ  
totaliter remouere.

De secūdo descensu quō interdum  
necesse est hominē descendere ad mo-  
rum exteriorū et gestuū disciplinā.

// Capl. lxxvi.

**S**ecundo etiaz o homo non nunq̃  
ad teipsū debes descendere et  
exteriorē hominē debite in morib⁹  
disponere et ordinaē vt interior tua  
deuotio et interna sanctitas ī gestib⁹  
exteri⁹ et morib⁹ elucescant. Itaqz  
regē mores tuos exteriores vt sis tibi  
custoditus. sis alijs exemplaris. sis  
amabilis vniuersis. Hoc aut optime  
complebis si tria in exterioribus mori-  
bus studueris obseruare. // Primo vt  
mores tui sint maturi. Secūdo vt sint  
humiles. Tercio vt sint benigni. Ma-  
tūritas reddit te exemplarem alijs. **H**  
umilitas custoditum tibi. **B**enigni

tas facit amabilem vniuersis . **M**atu-  
ritas autem in hoc consistit vt homo  
non sit leuis ad currendum nec p̄nus  
ad risū nec curiosus vel verbosus seu io-  
culator . **H**ec maturitas caput regit .  
intus mentem cōponit et totum cor-  
pus exterius ab insolentia custodit .  
**C**aput regit ne leuiter hinc inde arā  
feratur . oculos ne vagentur . aures  
ne curiose auscultent ⁊ sic de singul̄ .  
**M**orum humilitas dep̄mit ceruicem .  
humile format responsum et gestus  
complanat . vestitum simplicē amat .  
sele inter nouissimos locat . ostentaci-  
onis notam declinat . singularitatem  
fugit . ad aliorum obsequia agilem fa-  
cit et promptum . **B**enignitas facit  
affabilem et compassiuum afflictis .  
tractabilem et exorabilem et flexibi-  
lem ad consilia imp̄cienda . cōmuni-  
catiuū sui et suorum in bono . hilarem

et modestum iocundum et hoielem et  
sociallem gratū et beneficiū. **H**ec autē  
benignitas quantū ad quedā signa  
exteriora benignitatis . quā philoso  
phus amicitia vocat est necessaria ad  
socialiter cōuiuendum . Nullus em̄ vt  
ait potest p diem viuere cum tristi et  
non delectabili . **I**deo ex quodā debi  
to natural honestatis cōstringeris vt  
alys delectabiliter cōuiuas p benigni  
tatem . **V**n̄ precipue cum inter alios  
fueris debes te benignū ostendere et  
delectabilem exhibere et in cōuentu  
multoz mentis tristitiā quadā vultu  
hilaritate te decet simulare . **V**erūta  
men effusa dissolutio cauenda est ne  
sub pretextu pietatis nutriatur viciū  
vanitatis **E**rgo vt ait **H**ugo . **S**i cum  
alys fueris et mutua delectat vortoz  
collatio . fiat sermo de moribus . fiat  
sermo de scripturis . nunc de miseris



huius vite cōgemiscam⁹ . nunc de spe  
futuroꝝ gaudioꝝ cōgaudeam⁹ . nunc  
mutui secreti reuelacōne recremure .  
nunc simul ad illam visionem ihesu . ac  
bona celestia suspiremus **S**i vero non  
nunq̄ vtile est vt intensum animū ad  
inferiora quedā et iocunda laxemus .  
sint laxamenta illa plena honestatis  
vacua leuitatis . et si careāt nimio pō  
dere non tamen careant edificacōne .  
**I**n hys ergo trib⁹ maturitate humili  
tate et benignitate tota exterior mo  
rum disciplina consistit . **H**umilitas  
autē maturitatem temperat ne elata  
videatur . **B**enignitas ne austera et  
indignabunda .

**T**ercia descensio quantū ad seipm  
qua homo fragilis nō diu vel semp spi  
ritualibus valens insistere necesse ha  
bet se in opere manū exercere .

"Capl. lxxvii.

**T**ercio debes frequenter ascendere  
et opus aliq̄d corporale vel ma-  
nuale arripere. immo certe ita debes  
exercitiū tuū ordiāre vt cotidie temp̄m  
in opere manuū suis et certis tempori-  
bus exerceas. et suis rursus tpibus  
in ascensionibus cordis pficias quāq̄  
a cordis pfectibus forsitan manibus  
operans non impediris. **P**otes enim  
infra opus orare. meditari. in timōre  
te et desiderio exercere. Sancti patres  
nostri hoc pro regula habuerunt. vt  
quanto fidelius se ad opus manuū cō-  
ferrent tanto ad altiores puritatis et  
caritatis ascensum et spiritualē pfec-  
tum sperabant se puenturos. **I**taq̄  
homo fragilis cum sis noli te angeluz  
putare qui semper vtitur cibo spiritu-  
ali quem tu nescis vt tu etiam velis  
semper spiritualibus adherere. sed te  
ipsum certis tempozib⁹ exerce in ope

manuali multiplici ratione. **P**rimo  
ne tedio victus iam etiam in toto re  
linquas spirituale exercitiū. **R**ec repu  
ta te feruētorem et magis spirituale  
quod fuit magnus ille anthomius qui nisi  
talem ascensum et descensum inter o  
pus manuale et spirituale ab angelo  
didicisset tedio victus ad seculum redi  
uisset. **I**deo vult cassianus. quod qui non  
est cotidie contentus aliquo manib⁹  
operari nō potest in cella finaliter pse  
uerare. **S**cdo em̄ quāuis ad modicū  
interdū illa manualia ab illa vacatio  
ne te retrahunt postea tamē valencō  
tem ad eā te reddunt. **N**am vt audisti  
non potes cū cōcupiscencijs ascendere  
sed ipse sunt quae ascensum impediunt.  
ideo istas cōcupiscencias oportet te vin  
cere p̄cipue ope manuali. **I**n desiderio  
est em̄ omnis oculosus. **S**ic sepe ergo

opus manuum deseruit spiritali ascen-  
sioni in quantum impedimenta remou-  
ascendendi. **Tercio** cor tuum valde est  
instabile et hinc inde velut nauicula in  
fluctibus maris fluctuans sic quatitur  
diuersis affectibus et meditacionibus  
**Igitur** ut dicit **Cassianus**. Cor tuum velut  
quodam anchora te deest figere pondere  
videlicet et occupacione alicuius operis  
manualis. **Quarto** quoniam plures ad-  
itus temptandi inimicus in nobis repe-  
rit ociosis quam occupatis. **Siquidem** occu-  
patus ut aiunt vno demone temptatur  
ociosus vero innumeris demonibus de-  
uastatur. **Quinto** si diligenter aduertis  
ipsum opus manuum utiliter te ammonere  
ad ascensum. **Primo** enim ammonet te  
de loco in quo te dominus posuit unde cecidi  
Nam ibi constitutus in quietis ple-  
nitudine non te cum labore oportuit  
operari **Et** si ad am positus erat ut scilicet

tura dicit vt paradifum operaretur.  
nō tamen cū labore fed eum colens cū  
fomma delectacōne. et cōfiderans in  
inferioribus potenciā fapientiaz et be  
nigmitatē creatoris. in laudē eius fere  
batur. **E**ft igitē fcdm **B**erndū. opus  
manuū quali vulnez ligamentū vnde  
cotriperis et āmoneris de culpa. **S**i q̄  
dem post culpam datū eft hoc p̄ceptū  
legis naturalis. **I**n fudore vultus tui  
vfceris pane tuo. **Q**uociens igitē ma  
nibus oparis totiens āmoneris de cul  
pa transgrefsiōis. **I**tē p̄ opus manuū  
āmoneris q̄ fex diebus fcz tota vita  
qua hic viuīs oportet te laborare. **N**ā  
temp⁹ eft laborandi. feptimo veto die  
finita vita prefenti dicit fpirit⁹ vt a  
laborib⁹ requiefcas. **A**moneris igitē  
manuali opere illuc tendere vbi te nō  
oporteat laborare fed tantum vacare  
et videre quomā fuauis eft dominus

Sed et opus manuum reddit te liberum  
ne sit tibi opus alijs applaudere et alio-  
rum aliqua desiderare. sicut **A**postolus  
scribit ad **T**hessalo. **S**eptimo scdm  
**B**ernardum. **I**psium opus manuum sepe  
sicut corpus suo pondere et mole depri-  
mit. ita non nunquam cōpunctionem dul-  
cis exprimit et efficit puriorem. ppter  
hec et multa alia sancti patres nostri  
pæcipue in egipto tam fideliter labo-  
uerunt et ppter labores eorum a sanctis  
tam sublimiter extolluntur. **V**erūtamē-  
ne a cordis ascensionibus longe disce-  
das ea debes magis opera corporalia  
quātum in te est semp eligere q̄ cum  
spiritualibus videntur maiorem cōue-  
nientiam habere. sicut sacros libros  
scribere. qđ minus ab ascensu impe-  
dit et est spiritualiter amplius fruc-  
tuosum **Q**uot enim libros sacros scri-  
bis quasi tot veritatis p̄cones facis.

et quot ex eis cōpūngunt et p̄ficiunt  
tot eris particeps meritorum . Hinc  
opus scripture beatus **Bernardus**  
magis approbat . Plures sanctorū pa-  
trum scriptores erant **Omnes** fratres  
et discipuli in monasterio sancti mar-  
tini libros scribebant . De opere scrip-  
tu. e inter alia bt̄s **Jerom̄** risticii  
monachū specialiter amonet . Plures  
sancti libros suos tū ex humilitate . tū  
ad deuitandū otium . p̄p̄is manibus  
scribebāt . vt de **Ambrosio** legitur et  
**Iero** . Sane cum manib⁹ oparis nō  
debes mente otari s̄ ad pietatē cordē  
te exercere orando aliq̄o ā meditādo  
seu certe qd̄ scribis dulcē ruminando  
**Immo** etiā scdm̄ **Aug⁹** . de ope mona-  
chorū . poteris infra op⁹ deuote aliq̄o  
decantare **Rec** enim opus manū ista  
pl⁹ impedit q̄ seculares a suis carmini-  
bus impediūtur manibus laborantes

Debes autē fideliter operari non sicut  
seculares qui recipiunt solū mercedē;  
transeuntem. tu autē non solum mer-  
cedem tempalem sed immarcessibilez  
coronā in celis. Attende q̄ sancti an-  
geli laboribus occupatis pastorib⁹ spe-  
cialiter natum xpm̄ dñm nunciauerūt.  
Noli tamen in labore esse nimis vel im-  
portun⁹ sed moderatus et discretus.  
Debes precipue in opere manū silen-  
cium custodire. Silencium em̄ in quo  
iuxta pphetam est fortitudo nostra et  
si ubiq̄ et semp̄ est seruādū nisi neces-  
sitas cogat vel vtilitas suadeat. maxie  
tamen in opere manuali. Juxta illud  
Apostoli. Obsecramus in dño ihesu vt  
cū silencio panem vestrū manducetis.  
De ascensionib⁹ ad proximū vel pp-  
ter proximū. Et primus descensus fit  
ad superioris iussionem.

Capl. lxxij.



**S**imiliter necesse est sepius ppter  
proximū ab istis ascensionibus  
descendere. id ē ad tempus cessare nō  
in toto deserere ascensiones. Tribus  
eciā modis ppter proximū descendim⁹.  
qz vel ppter superiorē vel ppter eālem  
vel ppter inferiores. Propter superiorē  
debes ascendere. cum verbi gratia.  
licet tu quantū in te est semp appetis  
tibi vacare vel cū lazaro peccata tua  
deskere et cōpunctionem ex memoria  
peccatorū tuorū vel extremi iudicij tē  
cōficere. vel cum maria ad pedes ihesu  
predicantis sedere. id ē in vita et pas  
sione christi mentaliter exercitare vel  
quouis magno ascensu. Et ecce venit  
superior tuus et vocat te. iubet exire  
mandat descendere. statim sine mora  
martha ad pedes vicarij ihesu. id ē su  
perioris pcedat. id ē tota humilitate  
et deuota promptitudine descendae

et inclinꝫ se ab inferiori suo exercatio.  
qꝫ si maria adhuc in domo remāserit  
et tantū se circa interiora a quibus in  
vita auellitue occupans ecā si sedeat  
ad pedes **I**hesu. murmuret martha.  
ecā si deplorēt fratrē intret necesse ē  
martha domū interiorē scz hominē et  
vocet eam sub silencio id est occulte te  
ipm replendas dicēs marie **M**agister  
adest et vocat te. adest ille cuius disci  
pulatū te cōmisisti superior tuꝫ hic vo  
cat te et iubet exire. qđ adhuc sedes.  
**N**unquid nō melior est tua vocatio qꝫ  
deuota obediēcie impletio. **Q**uo audito  
surgat ipsa maria et p̄dat similit̄ ad  
pedes ihesu dicens. **P**aratū cor meū  
paratū cor meū. **P**aratū vt ad tuū  
imperium michi vacem. **P**aratū cum  
iubes vt exterioribus ministrē **H**oc  
autē non solum ad iussionē patris tuī  
obligaris sed ecā nō nunqꝫ fieri debet

ad exhortacōnem fratris ex caritate.  
Omnia em̄ exercitia sua sancti patres  
libentius postposuerūt tantū vt obe  
dientia inuolabiliē seruaē potuissent  
atq; hoc sup oīa reputabant si nō suā  
voluntatē s̄ alterius adimplerent. Et  
quāq; obediētia p̄cepti vel necessitatis  
est magis necessaria. noli tñ discutere  
an teneris vel nō qz sepius obediētia  
caritatis est magis meritoria et cari  
tatē auget deuote impleta.

De sc̄do descensu ad proximū quo  
primo cōdescendim⁹ auxilio vel consilio  
admonitōe vel correpcōe. // Ca. lxx

**S**ecūdo ad primū debes descēde  
primo cōdescendē opatione mo  
tus et pietate. auxilio et consilio subue  
nire. vt scz corporaliter afflictos iuuēs  
et eis succurras s̄ multo āplius si vide  
ris spūaliter afflictos adiuuabis quan  
tum poteris āmonendo corripiendo.

et attrahendo . in temptationibus et  
tribulacionibus cōsulendo et cōfortā  
do . **N**isi em̄ paulus de tercio celo des  
cendisset et de alto statu mentis sue  
infirmioribus se inclinasset . neminē at  
traxisset sed descendit factus omni  
bus omnia **E**t carnalibus quōdam iho  
sum predicabat et hunc crucifixum .  
spiritualib⁹ autē spiritualia cōpabat  
**S**ic et tu sis omnibus omnia . singulis  
succurrens put eoz necessitas exigit  
**S**i corporalis veget infirmitas ex cor  
de cōpatere . libenter ministra q̄tum  
in te est precipue domesticis . **S**i rerū  
ostingit paupertas si potes tribue eis  
et succurre etiā necessitatem interdū  
pacendo . vt nō de supfluo s̄ de neces  
sario offeras cū vidua . vt ex tua pau  
ptate et necessitate quā pateris in ca  
lo et vestitu ⁊ sic de alijs succurras .  
**S**i nō poteris subuenire rebus saltem

phs amonitionibus **N**am verbū bonū  
est super donū optimum **E**t maior est  
elemosina spiritualis q̄ corporalis.  
**V**nde maxime si stans in ascēsiomb⁹  
cordis tui subt⁹ videris aliquos a xp̄i  
iugo suberrare. descende festināter  
et relinque ascensum si ita tibi p̄ tpe  
visū fuerit expedire. attrah. amone.  
corripe. **N**ec dicas i corde tuo sufficiat  
michi mea saluatio. p̄ me volo esse sol  
licitus nō p̄ alio. nunq̄d ego superior  
eius sum. nunq̄d ego custos eius con  
stitutus. **E**cce talem cogitationem  
nō genuit zelus dei. **S**ed vt ait bt̄us  
**G**regorius. **I**nquantū graciā supne  
aspiracōis accepisti. a prauitate p̄  
imū reuoca. eternū regnū vel supplic  
ium eo modo quo superius dictum est  
erranti annūcia vt dicit angelus mere  
aris **S**ic igit̄ verbum amonicōnis om  
nibus impende put tibi p̄ vnoquoq̄

visum fuerit expedire . **C**ogita scđm  
**B**edam q̄ inter homines sublimior et  
deo gracios cōuersatio esse nō potest  
q̄ eorum qui se castigant a vicijs qui  
v̄tutū studijs animū subigunt . insup  
ecā alios cotidiano exercitio ad aucto  
ris sui gratiam student conuertere et  
crebra animarū fidelium acquisicōne  
gaudium semp patrie celestis studēt  
augere . **H**ec aut non de predicacōne  
publica intelligimur sed de p̄uata am  
monicōne et frat̄na exhortacōe de q̄  
dicitur . **U**niciq̄ mandauit deus de  
p̄ximo suo . **P**redicatio ergo publica  
non sine sūmo moderamine a quouis  
maxime q̄ a iuuēmbus debet arripi  
nisi quodāmodo sint virtutum plenā  
et gratiarum ad modum conche q̄ nō  
effundit nisi ipsa prius fuerit plena se  
cundū **B**ernardum super **C**antica .  
**E**t vere durum et periculosum est . vt

qui nō habet nisi modicum olei expo-  
nat illud nisi forsitan ad pphete iussio-  
nem ne plus cōtra ordinem caritatis  
alios q̄ seipsum diligere videatur .

**S**imiliter debes descēdere spiritu le-  
nitatis p̄motus et fratri compassus .  
cum videlicet videris aliquē peccare  
vel inordinate se regere . quocūq; mō  
hoc perpenderis vt ei pie condescen-  
dendo per fraternam correpcōnem  
valeas eum superius trahere et pou-  
cere ad emendacōnem . **N**ec debes  
quantum in te est p̄mittere in aliquo  
viciū regnare . sed compassione et  
humilitate precedentibus debet te ze-  
lus moderatus et discretus comedē .  
vt vbi emendam presumis nō cesses  
inceptare . **S**emp tñ attendas teipsū  
ne et tu tempteris . **F**erueat igit̄ vt  
**H**erūd . ait in nob̄ iste zelus karissimi

amor iusticie. odiū iniquitatis **N**emo  
fratres vicia palpet. peccata dissimi  
let nemo. **N**emo dicat Nunquā custos  
fratris mei sū ego. **N**emo quātū in se  
est equanimiter ferat ordinē deperire.  
minuū disciplinam. **S**ic ego debes pr  
imo subuenire auxilio. vt si corporaliter  
egeat elemosina corporali succurras. si  
vero spiritualitē egeat. misericordiam  
spiritualem et auxilium spirituale li  
benter impendas. **S**ecūdo debes proxi  
mo tuo subuenire consilio. instruēdo  
et dirigēdo errantē maxime in temp  
tationibus et spiritualibus exercitijs  
**S**ed videas ne alios doceas quōd ipse  
nescias **M**elius est humiliter profiteri  
ignorantiam quā presumptuose velle do  
cere **S**it igitur consilium tuū semp diuine  
scripture consonū **E**a tñ quę in consilio  
te capis vel de quibus cum alijs consu  
lendo percipis si secreta fuerint caue



ne publices maxime de temptacōnib⁹  
alioꝝ. **I**nde em̄ sepe pericula veniunt  
vt in sc̄da collacōne patꝝ dicit̄ In cō  
silys etiā dandis caue ne sequaris tuā  
passionem vel inclinacōnem. **R**am illa  
puerit̄ iudiciū et zelus sapere nescit.  
**I**tem anteq̄ des consiliū maxime ar  
duū diu delibeāto et nō qđ p̄us occur  
rerit edicto s̄ delibera te submisso sp̄  
tuo consilio sentire alioꝝ ne p̄tinax in  
ueniaris. et velis tu magis consentire  
humilibus q̄ tibi cōsentiri. **V**nde nulli⁹  
tu cōsiliū debes vilipendere. **D**eus em̄  
sepe reuelat puillis q̄ abscondit a sapi  
entibus. sed oīm cōsilia attendas nō  
tū suscipias. sed oīa p̄bate **A**postol⁹  
ait qđ vero bonū fuerit ipsū tenete hu  
militer cōsentiendo finaliter.

**A** De tercio descēsu quo necesse habz  
superior descendē p̄pter curā et sollici  
tudinem subditoꝝ. **Ca. lxx.**

**S**I vero sub te habueris inferior  
res tunc te oportet multo amplius  
et frequentius descendere. immo sepius  
me ascensiones deserere ut vaces sub  
ditis in custodia et disciplina. In custo  
dia. ut serues stantes qui iam digne  
conuersantur. In disciplina ut corri  
gas errantes et minus ordinate conuer  
santes. Alias certe dominus sanguinem  
animarum subditarum de manibus tuis  
requirit. Et nisi fratrem tuum minimum  
quantum in te est adduxeris. faciem io  
seph veri saluatoris non videbis. Vide  
hic quam periculosus est status super  
ior quo necesse est ut homo seipsum  
deseruat et sepe dum negligit perdit.  
Nam dum foris homo multum occupa  
tur et interius ociatur non nunquam  
ascensiones negligit et ad cordurum  
descendit et insensibilis fit solum exte  
riora sentiens et spiritualia non degus

tans . sicut bene ostendit beat⁹ **Ber-**  
nardo⁹ in primo libro de consideracōne  
**I**gitur consilio sanctorum quātum in  
te est semper locum superiorem et mi  
niā occupacōnem exteriorem deuita  
salua semper humili et prompta obe  
dientia . **C**um vero aliquis cogitur ex  
terioribus occupacōib⁹ deseruire de  
bet valde sollicitate quādo cumq; potest  
vel tempus habuerit ad intima recur  
rere et sibi ipsi vacare ne ut dictū est  
insensibilis efficiatur **V**nde ait sanct⁹  
**G**regorius . Sancti inquit viri qui ex  
terioribus ministerijs deseruire officij  
necessitate coguntur . studiosesemper  
ad cordis secreta refugiunt ibiq; co  
gitacōnis intime cacumen ascendunt  
et legem dñi quasi in monte papiunt  
dum postpositis tumultibus actionum  
suarum temporalium in contemplati  
onis sue vertice superne voluntatis

sententiam p̄scutantur **V**t em̄ exteri  
oribus officijs inoffense deseruiant ad  
cordis secreta recurrere incessabiliter  
curant ⁊ c̄ .

**E**xpliat deuotus tractatulus dñi  
Gerardi zutphame de sp̄itualibus  
ascensionibus .

De quatuor in quibus incipientes  
deo seruire debent esse cauti si p̄ficere  
volunt .

**Q**uatuor autem sunt in quibus  
nouī et incipiētes cauti debēt  
esse si volunt p̄ficere. Primū  
vt ab illa voluntate qua ad religionē  
reuerunt. et a p̄mo nouiciat⁹ seruire  
non tepescant. sicut cuidam in Apoca  
lip̄si imperatur. **H**abeo aduersū te.  
q̄ caritatē primā reliquisti. qua p̄pter  
penitentiā age. et prima opera fac  
**C**aritatē primā relinquūt. qui cū pri  
mo sint feruentes et deuoti ad omnia  
postea tepidi effecti et desides. tradūt  
se leuitatib⁹. et vicia que expugnare  
reuerant. p̄mittunt sibi dominari. ser  
uientes deo p̄ suo libitu. nō p̄ eius be  
neplacito voluntatis. **V**nde dñs filijs  
israhel p̄cepit **M**ementote diei huius  
in qua egressi estis de egipto. **D**ies q̄

de egipto egredimur. est bona voluntas qua educamur de seculo hui⁹ semp memimisse debem⁹. vt a feruore illius nunq̄ retrocedam⁹. **V**nde quidaz volens religionē ingredi de seculo. quesit uit de quodaz sancto patre. quō uiuē deberet. **A**t ille dixit ei. **V**ide qualis primo die fueris. et sic semper uiue. **H**oc est considera statum voluntatis tue in p̄ma die qua religionē intrare disposuisti. quā humilis tunc fueris. q̄ paratus tunc obedire ad omnia tā aspera q̄ despecta. q̄ patiens ad correpcōes et penurias et labores. q̄ uerecūsus et timoratus. q̄ sollicitus vt emēdares vitam tuam. et dies quos in seculo pdidisti recuperares. q̄ patum curans rumores seculi querē rel referre. nec detractionibus intentus. nec aliq̄bus curiositatibus occupat⁹. et quō fugisti et abiicisti omēs carna

les affectus et effectus . et te totū ob  
tulisti dño holoca ustū viuū . vt nihil  
deinceps in te viuat | de vita peccati .  
sed tota mactetur et immoletur dño .  
obediēcie ferro p sacerdotis ministeriū  
id ē prelati tui . vt xpo in te innouato  
resurgas . **S**cđm hanc formā semp p  
modū stude viuē . ne aliē in scola reli  
gionis dediscē et retrocedē magis q̄  
p̄ficere videaris . **S**icut illi qui vadūt  
ad studiū litterarū . et tēpus vane cō  
sumētes redeūt domū . expensas solū  
cōputant cōsumptas . qz qđ p̄ficerint  
nō apparet . sic et nos qñ tēpus in reli  
gione expensū cōputamus . et p̄fūs  
vtutū exiguus ē . cū forte innouātu  
deuocōres et feruencōres fuerimus q̄  
post plures s̄anos . **N**oc em̄ est verecū  
dam et valde noauū . **A**d heb . v . **C**ū  
debētis magistri esse virtutū p̄pter tē  
pus quo diu i religione fuistis . rursū

indigetis ut vos doceamini que sunt  
elementa exordij sermonū dei . id est  
necesse habetis doceri sicut rudes no-  
uicij quomō incipiēdum esset seruire  
deo . et facti estis qui lacte opus habe-  
tis non solido cibo . id ē tales estis qui  
mollibus blandimentis pueriliū conso-  
lationū et carnaliū foueri indigeatis .  
et fortia exercitia virtutū pati nō vale-  
atis in duris reprehensionibus et contu-  
melijs in necessitatib⁹ in psecucōnib⁹  
pro christo . **O**mnis em̄ qui lactis est  
pticeps . expars est sermonis iusticie .  
**P**aruulus em̄ est tā meritis q̄ virtute  
// **S**cōm est . a quo incipiens debz esse  
cautus . ne moueatur malis exemplis  
tepidoꝝ ad imitandū ea . sicut quidaz  
infernū spiritu videntes alios apud se  
desideres in seruicio dei . ociosos et ver-  
bosos . elatos et rebelles . ambiciosos  
et alijs modis viciosos . dicunt apud



femetiplos. Si alijs hoc licet quare nō  
et michi? Et p̄iores ad malū . exem  
plum sumunt ab hys quos deteriores  
vident. et gaudent se socios inuenisse  
vicioꝝ ne soli possint erubescere. q̄ si  
patet alijs . volunt et sibi in similib⁹  
para. Contra hoc deuotus dei seruus  
apud se respondere debet. Ego veni  
pure p̄ deo . nō p̄ aliquo alio. et ideo  
nolo aliquem sequi ad hoc vt a deo re  
trocedam. q̄ si tantos hic discolos sci  
uissem. nunq̄ eoz societate elegissem  
Vnde solos illos imitari debeo. qui ad  
hoc informant me. p̄pter qd̄ religionē  
intraui. id ē vt apprehendaz deum. et  
satisfaciā ei de peccatis meis. et p̄me  
rear gloriā sempiternā. Victor et arti  
fex nobile opus volens facere. querit  
nō alia quā meliora exemplaria q̄ po  
test habere. Et viator non querit viā  
ab ignorantibus sed a scientibus eam

et qui sepe ambulauerunt per eam  
**Johānes**. Noli imitari malum s̄ bonū  
**¶** Tercū est q̄ cauere debet ne iudi  
cet temere facta aliorū . maxime vbi  
nescit q̄ de causa vel intencōne fiant .  
**Sicut** em̄ non videm⁹ aliorū cogitacō  
nes . ita nec intencōes eorū quare hoc  
vel hoc fiat . **Vnde** quicq̄ aliquo mō  
p̄t excusari semp ad meliorē p̄tem inē  
p̄temur . si volum⁹ tranquillū cor no  
biscū habē et cū alijs . et alios nō tur  
bare . et deū non offendē . qz sepe iudi  
camus malū esse qđ in se nō est malū .  
et peccamus p̄ temeritatē vsurpādo  
nobis iudicia dei de occultis cordium .  
**Magistri** nostri vice dei aliquando id  
possunt iudicare p̄ cōiecturas circum  
stantes . alios nō expedit per nos esse  
iudicādos . donec plene eruditi in om  
nibus p̄ donū discretōnis spirituiū .  
et vere sp̄iales effecti . omnia diiudi

cecus . et nos a nēmine iudicemur . si  
 cut clarē videns qui cecū videt nec tū  
 a ceco videtur . cum cecus non videat  
 seipm . **Ad Romanos . xiiij .** Tu q̄s es  
 q̄ iudicas alienū seruū . **Suo dño stat**  
 aut cadit **S**epe em̄ merent̄ temerarij  
 iudices alior̄ . vt aut in similibus aut  
 grauioribus excessibus cadē pmittan  
 tur . vt discant ex sua infirmitate com  
 pati aliene . **Luce . vi .** Nolite iudicare  
 vt nō iudicemini **I**n quo em̄ iudicio iu  
 dicaueritis iudicabimini . **¶** Quartū  
 in quo cauti esse debent nouicij est .  
 vt non frangant̄ aduersitate vel tēp  
 tatione . sed cogitent quia ad hoc ve  
 nerunt . vt omnia que eis in hac vita  
 possint accidere sustineant ppter deū .  
 sicut q̄ intrat bellum . scit q̄ non quie  
 tem et delicias . s̄ laborem et vulnera  
 oportet eum expectare . **Actuū . xiiij .**

Oportet nos p̄ multas tribulationes  
intrare in regnum dei. Luce ultimo.  
Oportet christum pati. et ita intrare  
in gloriam suam .

Laus deo .






übersehen

n. gebrüchen

Restaur. 1963, Okt.

Petersen



BUCHEINDEWEKSIAM  
HEINZ PETERSEN  
RESTORATOR  
DÜSSELDORF - GATERSWEIER





